

1^{tes} Band is 8^{vo}

- 1., Imperanti nullum esse jus y
- 2., Vorläufige Instruction wegen Verbesse-
rung des Schulgesetzes.
- 3., Zusätzlicher Artikel seiner vorläufigen Instruction.
- 4., Expedit Reipublicae y
- 5., Eclaircissement de la question si M.^{rs} de Luyckow
- 6., Ueber die Art und Weise eines vorläufigen Schulgesetzes

Prof. C. v. Rammele

IMPERANTI

nullum esse jus in populum,
apud quem est de summa imperii
potestate, electionis lege, disponendi,
quam quod per leges fundamentales, pacta-
que cum populo ipsius imperii inita,
ei concessum,

ex principiis Juris Naturae ac Gentium
demonstratur.

Sois membre de l'Etat — — —

Au profit du public, non pas au tien visant.

La perte de l'Etat te soit un faix pesant ;

Non le mal ou l'ennui, qui par fois te rencontre.

Poëte Claud. ex allegat. Phil. Camerarii dans
ses Meditations historiq. Tom. II. p. 184.



Anno MDCCLX.





ARGUMENTA SECTIONUM.

Pars I. De Generalioribus.

Seçt. I. *Instituti ratio indicatur.*

Seçt. II. *Initio omnes obligationes fuisse naturales, postea vero civilibus connexas.*

Seçt. III. *Societates ex unione liberi populi enascuntur.*

Seçt. IV. *Ex obligationibus tam naturalibus quam civilibus, duas conventiones, alteram inter populum erga se invicem, alteram inter populum & imperantem simul oriri.*

Seçt. V. *Cur liber populus summam imperii potestatem in unum individuum transtulerit?*

Seçt. VI. *Regnantes obligari posse ad aliquid praestandum, legibus fundamentalibus, capitulationibus, pactis-*

*ctisque cum libero populo initis, pro
diversa regiminis forma.*

Seçt. VII. *In civitate electiva, in qua
successio est moris, leges fundamen-
tales locum habent; Et ubi capitula-
tiones admittantur?*

Seçt. VIII. *De litteris reversalibus.*

Seçt. IX. *Foedus inter populum Et im-
perantem intercedere posse expli-
catur.*

Seçt. X. *Antiquissimis temporibus popu-
li liberi fuisse moris, conventus ha-
bere publicos.*

Seçt. XI. *De diversis comitiorum specie-
bus.*

Seçt. XII. *Ne omnis potestas sit apud
imperantem, legibus pactisque cum
populo initis limitatur.*

Seçt. XIII. *In pactis, potestatem impe-
rantis limitantibus, inveniuntur
saepe numero clausulae, quibus, lite
inter populum ac imperantem orta,
tertius admittitur arbiter. Exem-
pla allegantur.*

Seçt.

Seçt. XIV. *Quibus modis nexus ille obligatorius populi erga imperantem finiri possit.*

Seçt. XV. *Antecedens continuatur, ac variis exemplis probatur.*

Seçt. XVI. *An actio contra imperantem possit institui?*

Pars II. De Specialioribus.

Seçt. I. *Brevibus de antiqua & recente regiminis forma in Curlandia recepta tractatur.*

Seçt. II. *Status Curlandiae & Sengaliae, usque ad extinctionem lineae masculinae Kettlerianae, haud interrupte sibi elegerunt duces, ex numero Ordinis virtute ac ingenio conspicuos.*

Seçt. III. *Statibus Curlandiae jus liberae electionis nullo modo negari posse, formamque Curlandiae esse limitatam probatur.*

Seçt. IV. *Patere, Curonos de eo renuntiare posse, quod ipsum eis competens comprehendit jus. Exemplum*

de illo in antecedente recitato i. e. de Sereniff. Principe Carolo, qua religioni Apostolico-Catholicae addicto. De summa litterum Illustriff. Comitis Malachowsky, Cancellarii primi regni Poloniae, ac obiter de Ablegato Generosissimo de Schöpping.

Sect. V. *Generos. Liber Baro de Mirbach plena cum potentia ablegatus Sereniff. Principis Caroli ad conventum Statuum mittitur, pacta bilateralia cum eis ineundi.*

Sect. VI. *Cur pacta bilateralia ab Ablegato more consueto cum statibus iniuncta obfirmare recuset Serenissimus?*

Sect. VII. *In pactis bilateralibus inter Ablegatum & populum intercessis notatur quod renuntiatio respectu Serenissimi religionis apostolico-catholicae cultum professi, ad unum tantum extendi debeat casum.*

Sect. VIII. *Plura in eis consignantur tanquam reservata, inter quae, ut Serenissimus praestet securitatem in congressu pacis futuro.*

Sect.

Seçt. IX. *Potestatem Ducis Curlandiae & legibus & pactis bilateralibus semper cum Statibus ineundis, esse limitatam probatur.*

Seçt. X. *Omnia sine consensu totius populi in conventu publico congregati, a Serenissimo perpetrata, esse invalida.*

Seçt. XI. *Propositio antecedentis continuatur atque exemplis illustratur.*

Seçt. XII. *Sereniss. Princeps Carolus per consiliarios suos declarari jussit, se non pacta, licet ob Ablegato suo inita, acceptare, sed reversales quasdam Statibus concedere velle. De Ziegenhornio caussarum actore.*

Seçt. XIII. *Conventus publicus solvitur a Statibus & in aliud tempus celebrandus transfertur. Multi ex districtibus, non omnes tamen deputati, ad conventum iterum institutum missi, contra mandata eorum agunt, atque in omnia, insciis atque invitis mandantibus, a Serenissimo*

praeposita, injussi atque invalide consentiunt.

Seçt. XIV. Votorum pluralitatem non semper in conventibus publicis vim legis constituere.

Seçt. XV. De reversalibus Serenissimi Mandatariis Statuum quasi obtrusis.

Seçt. XVI. Status Curlandiae nec perfecte nec imperfecte obligari posse ad praestanda, in reversalibus, a Mandatariis acceptatis, recensita.

Seçt. XVII. Serenissimam Rempublicam in electionem Serenissimi Principis Caroli non consensum adhuc dedisse, indicatur.

Seçt. XVIII. Consensus Reipublicae non est praesumendus usque dum Sereniss. Dux Bironius feudum amisisse declaretur, seu a Statibus sit accusatus.

*Seçt. XIX. An fides quae novo Principi, legitimo adhuc vivente inscio atque invito, praestatur, in hujus praesudicium praestetur? An nova
oria-*

oriatur obligatio populi, promissione Mandatariorum contra commissam eorum factam atque injuste ac illegitime perpetrata, erga novum imperantem?

Sect. XX. Quo imperantes justam belli causam libero populo dare, ostenditur.

Sect. XXI. Applicantur principia ad causam communem Curlandiae.

Sect. XXII. Nil salutare quid esse expectandum a Principe, cui non solum animus est leges fundamentales infringere, sed et actus, quibus violantur, exercet.

Sect. XXIII. De jure quod Serenissimis ex Illustrissima Domo Hassiae Cattorum et Brunsvico-Beverina circa electionem a statibus Curlandiae more consueto instituendam, aliquando competere possit.

Sect. XXIV. Status Curlandiae et Semgalliae ad concordiam, ad libertatem defendendam admodum necessariam, in conventu futuro publico

optime observandam admonentur, paribus juribus cum Polonia secundum pacta subjectionis quasi gaudentes.

His adjunguntur:

- I. *Litterae credentiales Alegantis Serenissimi Principis Caroli, L. B. de Mirbach plena cum potentia missi.*
- II. *Pacta bilateralia cum Statibus universis Curlandiae & Sengalliae nomine Serenissimi sollemniter inita atque ab Alegato subscripta.*
- III. *Reversales Serenissimi Principis contra leges fundamentales Statuumque Curlandiae & Sengalliae libertates pugnantes, nec non ab omnibus deputatis districtuum acceptatae.*





Pars I. De Generalioribus.

Sectio I.

NUnquam majore voluptate ad scribendum accinctus; nunquam majore cupiditate ad leges dulcissimae patriae inquirendas, incitatus; nunquam denique majori studio ad rite demonstrandum elaboravi, quod *Imperanti nullum sit jus in populum, apud quem est de summa imperii potestate, electionis lege, disponendi, quam quod per leges fundamentales, pactaque cum populo ipsius imperii iura, ei concessum, inveniatur.* Nil laudibilius esse quam patriae leges intelligere; nil decentius, quam eis convenienter vivere, ac nihil praestantius, quam pro eis vigilare, jam apud Graecos 1) & Romanos, scientiarum peritissimos ac libertatis patriae strenuos defensores, legimus relatum. Optandum igitur esset, ut stimulemur ad leges, cuilibet in civitate sanctissimas, observandas, ex ipsissimarum integra notitia; ut incitemur majore vigilantia earum conservationi providere, a libertate, quae

re, quae cuique civium curae cordique esse debet; ut obstringamur denique ad eam stabiliendam, stabilitam conservandam, ipsissima salute totius reipublicae.

Esse principia generaliora, ex fontibus Juris Naturae ac Gentium hausta, prius ita constituenda, ut principiis Logicae, quidquid valet de genere, valet de qualibet specie sub illo contenta; quidquid valet de specie, valet de omni individuo sub ea contento, quoque sint domestica, quam de ipso instituti nostri proposito sit tractandum, omnino duxi. His praepositis, non magni, me iudice, erit operis, specialiora deducere, deducta thesi nostrae accommodare, accommodata rite probare.

1) Testante Thucydide l. II. c. XL.

Seçt. II. Patere ex Scriptorum a nostra aetate valde remotorum monumentis, memoriae traditis, satis superque constat, quod nullae fuerint initio obligationes, nisi ex ipsa natura ejusque statu ortae, nisi civilibus modificatae; nec prius ex aliis fontibus esse hauriendas, quam ex diversis societates ineundi rationibus, civitates constituendi, formasque diversorum statuum stabiliendi, ex eorum enarratis facile intelligere, intellecta rite possumus probare. Occasionem enim juri dedisse civili insufficientiam obligationis naturalis, ex eo patet, quia lex naturalis in officio homines continere non poterat, necessarium fuit, ut homines se conjungerent inter se, & jus aliquod mutuae defensionis constituerent. Sed causas eorumque

rumque rationes fusius inquirere, quam ad sententiam in nostro instituto stabiliendam, sit necessarium, supervacaneum esse omnino arbitror. Dicam igitur obiter. Sunt qui originem civitatum ex metu deducunt, uti Celeberrimi illi, Gundlingius, Puffendorfius atque Hobbesius sentiunt, quod non solum conjecturis respondet, sed valde quoque probabile, si earum praecipue origo philosophice consideretur. Non tamen universaliter esse statuendum, judico, licet diversae fuerint species metus, omnes ob metum tamquam causam impulsivam, ex quo quidam securitatem intelligere student, ortas ac constitutas esse civitates. Plura hac de re explorare cupientes ad ea remitto, quae apud Baylium 1) occurrunt. Nec silentio praeterire possum, quae hac de re Doctiss. Franciscus Hutcheson 2) in medium protulit.

1) Dans ses nouvelles lettres à l'occasion de la Critique générale du Calvinisme de Maimbourg lett. XVII.

2) In libro in ling. germ. translato: Die Sittenlehre der Vernunft, Leipz. 1756. Buch 3. Abschn. 4. §. 4.

Die Menschen haben ein bürgerliches Regiment hauptsächlich eingeführet um Sicherheit vor Injurien, die die Menschen von einander selbst zu befürchten haben, zu erhalten, und das gemeine Beste durch die vereinigten Kräften einer grossen Menge desto besser zu befördern. Diese Endzwecke können nicht erhalten werden, wenn nicht eine grosse Anzahl Menschen entweder zu einer Ubereinstimmung in ihren Grundsätzen und Meinungen gebracht, oder wenn dieses unmöglich ist,

genö-

genöthiget wird, wenigstens also zu handeln, als wenn alle übereinstimmen, denn sonst kan die Stärke des ganzen Körpers nicht zu den angeführten Absichten angewendet werden.

Expendi quoque merentur dicta Front. dans les Elements de la Politique c. V.

Seçt. III. Omnes fere societates civiles originem suam traxisse ex unione seu congregatione 1) facta populi nimirum liberrimi, nullisque legibus quam mere naturalibus, obstricti, neminem sane fore qui in dubium vocet, certe arbitror. Esse earum multa, narrant scriptores, exempla, rem rite probantia, quibus reipublicae ortus Romanorum ac Venetorum merito est annumerandus. Nostris quoque temporibus, status inveniri mere civiles non in omnibus Americae provinciis ex memoratis Josephi Acoftae 2) satis potest intelligi; & si quis datur, perpetuus sane non est, quippe populi ibi commorantes individuum quoddam seu imperantem, quem vocant, ad certum quoddam tempus sibi eligunt 3).

1) Mr. Locke II. part. de son Traité sur le gouvernement civil, chap. VII.

2) lib. I. cap. XXV.

3) Legatur quod nobis refert Tacitus d. M. G. c. XI. de regibus Alleman. verba faciens: „Mox rex, vel „princeps, pro ut decus bellorum facundia est, „audiuntur, auctoritate suadendi magis quam „bendi potestate.“

Seçt. IV. His ex rationibus necessarium fuit, ut populi congregati unusquisque, voluntario nimirum

mirum obligationes ab eo exigendas, in reliquos transferens, sibi caveret, ne majora, ei ipsi nociva, quam fuerunt collata, exsultarent jura; neque jus ab altero exigendi, ad aliquid praestandum, ex ipsissima obligatione fluens, amitteret; neque obligatio ex collatione praestandi, promissione antecedente facta, cessaret. Quo conventionem tacitam nimirum, dum se in locum quemdam congregant, ad istius generis formam requisitam, esse statuendam, omnino censeo. Alterum quoque conventionis genus existere, ex summa potestate, individuo e populo libere agente collata, deduco. Si enim populus liber, ad aliquid praestandum, imperanti dat fidem publicam, eandemque sive tacitam, sive expressam, secundum nempe speciem formae ibi usu receptam, tunc competit jus imperanti, ab illo ut praestet exigendi. Quod ex eodem quasi alveo emanare populo, cuilibet Jure Naturae ac Gentium instructo cognitum certe erit, quoniam conventiones pactaque liberi populi cum imperante inita admodum sunt diversa a contractibus gratuitis earumque speciebus. Nam ubi duplex existit promissio, ibi etiam duplex obligatio. Fluit itaque, nullam prius connexionem hic esse statuendam, inter imperantem eligendum ac populum, quam quaedam obligationes, vel ex legibus fundamentalibus istius imperii resultantibus, vel mere ex arbitrio liberi populi ad aliquid praestandum, antecesserint. Congruunt in unum sententiae acutissimi Grotii 1) & Huberi 2). Statu enim naturali nullum jus quaesitum neque perfectum, nisi quod ex ipsissi-

ma

ma fluat natura in alterum habemus ; nihilque de eo, quod ei competit, disponere possumus, quia nulla existit obligatio ab officiis hominis, tamquam in statu naturali viventis, aliena. Per statum vero civilem fieri posse, omnibus est cognitum, ut promissiones, obligationes, juraque in alias oriantur, uti ex dictis multisque aliis rationibus impulsivis apparet, quibus societates, civitates atque imperia originem suam debent. Ex quo denique omnes, quantae earum sunt, exstiterunt formae. Ad bene vero fundandam regni formam tria ponit requisita Celeberr. Hutcheson 3).

1) d. J. B. ac P. lib. I. cap. XVIII. §. 55. — „Principem, inquit, partes non datas sibi vindicantem, „hactenus privatum esse, nec cives ei ad obsequium „esse obstrictos.“

2) Lib. I. cap. IV. §. 13. de Jur. Civit.

3) In lib. cit. Buch 3. Abschn. 5. §. 2.

1. Einen Contract oder Vertrag der Menschen untereinander, daß sie sich in einer Gesellschaft oder einen Körper vereinigen, sich von andern regieren und ihr Bestes von ihnen besorgen lassen wollen.

2. Eine Erklärung oder Bestimmung die das ganze Volk von der Art der Regierungsform und den Personen macht, denen sie anvertrauet werden sollen.

3. Eine gegenseitige Verbindung der nunmehr eingesetzten Regenten und des Volks, vermöge welcher die ersten sich anheischig machen, sich der ihnen verliehenen Gewalt nur zum gemeinen Besten zu bedienen, und die letzten einen vollkommenen Gehorsam angeloben.

Seçt. V. Perhibere certe licebit, quod nulla altera intentione, nulloque alio fine imperium seu potestas in eum, arbitrio populi sit positum, quam, ut scopus, ob quem civitates sunt constitutae, adimpleatur 1). Ex quibus deducenda est regula, normam imperantis, & in populum tenendi dominatum, constituens: Salus populi, suprema lex 2). Notanda hic sunt, quae nobis memoriae tradidit Puffendorfius 3) ille celeberrimus, de officiis imperantis differens: Ils doivent (les Princes) „bien prendre garde de ne pas se livrer aux plaisirs, aux divertissemens & aux vaines occupations, qui seroient un grand obstacle à la connoissance & à la pratique de leurs devoirs. Par la même raison ils sont indispensablement obligés de tacher d'avoir toujours auprès d'eux des personnes sages, prudentes, habiles & expérimentées dans les affaires, & d'éloigner au contraire les flatteurs & autres gens, dont tout le mérite consiste dans quelque art, qui a pour objet des choses frivoles. — — Pour se rendre ensuite capable de bien appliquer les maximes générales de la science du gouvernement, il faut qu'ils connoissent à fond la constitution de leur Etat“.

Et quis est cui non exemplum, omni fere imitatione destitutum, Augustissimi Regis Borussiae Friderici Magni, ultro hic in mentem veniat. Effugient certe in omne aevum temporis injuriam, nec unquam satis laudari poterunt, elegantissimus Codex Fridericianus, legibus ipsius imperii optime ac-

commodatus, atque historia praestantissima Memorabilium Brandeburgensium.

In nullum itaque melius competunt, quae apud celeberrimam poëtam Galliae 4) relata leguntur, quam in Augustissimum.

Il faut pour le trouver courir toute l'histoire.

La terre compte peu de ces Rois bienfaisans.

Le ciel à les former se prepare long tems.

1) Conf. Arcan. imper. detecta or Select. Cases in Government Lond. 1701. pag. 4.

— — „Princes are not constituted for themselves, but the publick good.“

Ejusdem fuisse sententiae celeberrimum Montagne, ex his suis verbis potest intelligi: „Un Roi (en tant que Roi) n'a rien proprement sien, il se doit soi même à autrui. La jurisdiction ne se donne point en faveur du juridicié. On fait un superieur non jamais pour son profit, mais pour le profit de l'inferieur, & un medecin pour le malade & non pour soimême. Toute magistrature, comme tout art, jette sa fin hors d'elle.“

2) Cic. d. leg. l. III. cap. III.

3) Dans le Droit de la Nat. & d. Gens par Barbeyrac. Tom. II. l. VII. C. IX.

4) Despreaux epit. I.

Seçt. VI. Jam satis patere ex principiis Juris Naturae ac Gentium & quotidiana experientia, regnantes obligari, nemo inficias ibit. Secundum vero statum mere naturalem ceteris sunt aequipares; ex civili autem, jus in populum quemdam habent, summam imperii potestatem

tatem vel eis conferentem, vel constitutionibus regni limitantem.

Sequitur itaque, diversos esse modos, quibus principes, quibus populi obligantur. Ut his vero antecedant promissiones quaedam vel expressae vel tacitae, quae sunt actus, quibus quis declarat, se velle aliquid praestare, ex fundamentis Juris Naturae ac Gentium satis est clarum. Si istae, nimirum ad aliquid praestandum, expresse alteri sunt factae ac reciproce acceptatae, omnem constituunt vim obligandi, atque jus dant acceptanti perfectum. Hic provoco ad contractus cum populo initos, ex quibus non solum obligatio naturalis, promissione facta, existit, sed & jus perfectum populo tribuitur, ab imperante in eis promissa exigendi. Huberus 3) optime hac de re sentiens, inquit; „ut contra quam „connuentum est, imperantes facere non possint.“

Arrident nobis verba acutissimi ingenii Francisc. Hutcheson 4), quae silentio haud esse praetereunda certe duximus. Hic recensendae sunt leges fundamentales, propositiones quasdam in se continentes, imperanti eligendo per conventionis modum praepositas, quibus ad aliquid praestandum obligatur 5). Distinguendum vero esse inter capitulationes, leges fundamentales ac reversales, quantum ad nostram sententiam rite explicandam sit necessarium, credo. Hanc igitur eis ponam distinctionem: propositiones, principi constitutae, debent observari, vel ab omni-

bus successoribus, vel ab uno solummodo; quarum illae *leges fundamentales*, hae autem *capitulationes* 6) appellantur.

1) conf. Huber. de Jur. Civit. lib. I. cap. XLIII. §. 3.
2) Consulatur Grotius in Jure B. ac P. lib. II. cap. II. §. 4.

3) de Jur. Civit. lib. I. cap. XLIII. §. 33.

4) In lib. citat. Buch 3. Abschn. 4. §. 4. Ein Regente kan sich nur derjenigen Gewalt mit Recht anmassen, die zu der Glückseligkeit des ganzen vereinigten Körpers nothwendig ist, oder wenigstens doch dahin leitet. Alle andere ist ungerecht, unter welchem Vorwande sich auch einer dieselbe zueignen mag, weil es aus den allgemeinen Grundsätzen der Moral erhellet, daß das Vergnügen oder der Nutzen einer oder weniger Personen allemal dem allgemeinen Vortheile grosser Mengen von Menschen untergeordnet bleiben muß. Alle Contracte und Bewilligungen, die irgend jemanden eine unnütze oder ungerechte Gewalt mittheilen, sind ungültig, weil sie sich auf einen Irrthum in Ansehung der zugestandenen Sache und ihrer Folgen gründen. Der Unterthan kan sich zu nichts verbinden, als eine solche Gewalt mitzutheilen, die als dem ganzen Staatskörper nützlich erkannt wird, und der Regent kan keine andere verlangen.

5) Conf. Carpz. ad leg. reg. C. XII. Struv. Exerc. II.

6) Huber. l. I. c. XIX. §. 21. ita definit *leges fundamentales*, quod sint: Constitutiones, quae in fundando imperio ante plenam ejus translationem stabiliantur, ut juxta eas respublica exercentur.

Sect. VII. Locum etiam obtinere in civitate electiva, ubi successio est moris, *leges fundamentales*

mentales, ex enarratis scriptorum, qui de forma status regni Angliae, 1) ac Poloniae, 2) aliorumque, certis limitibus circumscripta, tractant, facile potest intelligi. Ut eam vero melius nobis concipiamus, ita est argumentandum: cives eligunt vel subiectum qua tale, vel in ratione ad omnes ejus descendentes. Hic civitas voluntario successiva, uti in Dania; illic vero civitas voluntario electiva, uti in Polonia, ac Imperio Romano. Non tamen necessarium quid, ut semper filii imperantium ipsorum eligantur; ratio est, quia non habent jus succedendi descendentes ab ipso imperante, sed a civitate universa i. e. a populo, qui voluntatem suam lege perpetua semel stabilivit, testante Hubero 3). Quam vero successionem non alio nomine esse donandam „quam „cum continuatione juris initio ab eligentibus „statuti,” acutissimi Juris Naturae ac Gentium arbitri, Grotius 4) atque Huberus, 5) perhibent. Non frequens autem est casus, quo populus descendentibus stirpis, cui summa imperii potestas concessa fuit, haud adhaereat, nisi eximiae statu necessitatis, nisi rationibus salutem universi populi spectantibus. At in Romano Imperio has leges fundamentales nomen Capitulationum accipere, omnibus sane cognitum esse debet, quoniam originem inde trahunt. Difficile quidem esset tempora statuere, quibus orta est Capitulatio, nisi conjecturis verisimilibus effici posset, illam cum ortu Imperii Germani coepisse. Ex Limneo 6) certe abunde patet, temporibus Henrici IV. fuisse introductam.

- 1) I. e. Magna charta.
- 2) Pacta conventa sc. primaeva.
- 3) de Jur. Civit. l. 1. cap. XLIII.
- 4) de J. B. ac P. c. III. §. 13. sub finem.
- 5) Lib. I. cap. XVI.
- 6) Lib. I. cap. IV. n. 17.

Sect. VIII. Litterae reversales, per scripturas ab imperante populo datas 1), quibus se expressis obligat verbis ad aliquid faciendum, vel omittendum, possunt definiri. Dantur enim subditis eam ob causam reversales, ut eorum libertas, privilegia, atque immunitates maneat illaefae. Quae vero in civitate, in qua populus jus eligendi habet, tempore nimirum electionis, nunquam admittuntur, uti ex consuetudinibus longissimo tempore receptis a libero populo, apparet; sed pacta potius bilateralia, quibus ad reciproce praestanda tenentur. Ponantur, ut melius explicentur, duo objecta pactum ineuntia. Alter promittit, alter efficaciter acceptat. Ille obligatur ad promissa praestanda. Hic jus postulandi habet, ut praestet promissa. Hic repromittit. Ille repromissionem acceptat. Ergo etiam duplex obligatio, ex qua quoque duplex oritur jus.

1) Conf. Wehnerus in pract. Observ. verb. Revers.

Sect. IX. Notum atque apertum esse ex Juris Naturae ac Gentium principiis, foedus intercedere posse inter populum atque imperantem, pactaque in suscipiendis provinciae fascibus cum populo inita existere, nemo nisi tam Juris Naturae

rae

rae ac Gentium, quam rerum publicarum notitia valde destitutus negabit. Quod non solum ad democraticas, quas appellant, formas, sed & ad reliquas potest applicari. Si nimirum in populo universim spectato, summa imperii potestas deprehenditur, uti jam ex demonstratis clarissima quasi luce patet, in eo ipso requisita ad foedus in eundem, fundata esse debent. Consideratur enim tamquam prima pars foedus contrahentium. Ex quo argumentum contra Hobbesium, ex intima notitia Juris Naturae ac Gentium maxime pugnans. Nam si delatio imperii uno potissimum actu imperanti a populo fieri potest, sequitur, illum quoque tamquam unum considerandum esse corpus. Quod ita perpetratur, ut vota & suffragia colligantur; his peractis, unum existit decretum, populi nimirum cui nomen legis tribuitur, quia nil aliud est, quam sponso communis reipublicae, foedus universale, quod veteres nuncupabant *ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως* 1), ex quo voluntates plurimorum uno actu compinguntur in unum, ergo fit unum, quod ex singulis perpetratum. Mittamus hic exempla, sententia jam fatis me iudice probata, quae non solum rerum a Romanis gestarum sed & reliquis gentibus notitia, nobis suppeditat.

1) Lib. II. cap. II. de legibus.

Seçt. X. Fuisse consuetudinis nunquam interruptae omnium fere populorum, conventus publicos instituere, jam temporibus antiquissimis, ex eis, quae nobis tradidit Tacitus, 1) fatis

concipi potest: "de minoribus rebus principes
„consultant, de majoribus omnes". Porro "ubi rex
„vel principes audiuntur auctoritate suadendi ma-
„gis, quam jubendi potestate".

Ut melius vero concipiatur dignitas ac pote-
stas conventuum publicorum, h. e. populi ibi uni-
verse congregati, ex memoratis Aimoini 2), Sige-
berti 3), Eginhardi 4) aliorumque scriptis, quae-
dam in medium proferre haud supervacaneum ju-
dico, ita dicentium: „Consensu Francorum, ele-
„ctione Francorum; secundum morem Franco-
„rum in regem electus", i. e. consensu conventus
publici universum constituentis populum. Re-
ferunt quoque in aliis locis verba hujus tenoris:
„a Francis repudiatur, depositus ac detonsus in
„monasterium detrusus est", quibus semper intel-
ligitur consensus publici conventus. Determina-
tas non solum, sed quandoque recusatas ibi fuisse
electiones, licet imperatores ad regimen imperi-
rii a filiis suscipiendum omnem movissent lapi-
dem, habemus exploratum ex verbis Aimoini 5).
„Post mortem patris Aquisgrani summo omnium
„Francorum consensu administrationem accepit"
(Ludovicus); atque ex eis, quae nobis tradidit Re-
gino 6) de Imperatore Arnulpho verba faciens:
„Filius Zundelbolk an. 894. ordinibus convoca-
„tis regno Lothoraii praeficere voluit, minime ta-
„men optimates praedicti regni ea vice consensum
„praebuere: anno vero sequenti in conventu Wor-
„matiae instituto, omnibus consentientibus id de-
„mum obtinuit". Addatur his merito, quod apud

pud Theganum 7) Chorepiscopum Trevirenses legitur, dicentem: „Imperator Carolus M. vocavit „filium suum Ludovicum ad se cum omni exerci- „tu, episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus --- „cum illis grande habuit colloquium, si eis pla- „cuisset, ut nomen suum i. e. imperatoris, filio „suo Ludovico traderet“. Vocem vero exercitus hic recensitam, non aliter esse interpretandam, quam per universum populum ex enarratis Scriptorum, formaque regiminis tum usu recepti, satis abunde potest animadverti, quod non nisi quadam restrictione statuendum est, milites illis temporibus, uti nostris est moris, fuisse perpetuos. Docet enim intima juris feudalis notitia, diversas militum fuisse species, quarum fuerunt praecipuae agrarii, limitanei, veterani & qui sunt reliqui generis ejusdem, feuda in praemium militiae accipientes, ea nimirum conditione, ut si ratio status postularet, militiam praestare deberent 8). Non sane a tramite aberrarem, si quaedam de conventibus publicis ad quos admittebantur solummodo, vocem standi in eis habentes, qui postea nomine parlamentorum donabantur, differere animus mihi esset; vereor tamen, ne lectores in discutiendis eis fatigem, quae jam ab eruditis optime sunt probata. Quorum sunt praecipui Thom. Rymer ut Boulainvilliers.

1) de M. G. cap. XI.

2) Monach. clar. in histor. Franc.

3) Gemblacens. in Chronic.

4) Vita & conversatio gloriosissimi imperatoris Caroli regis M. atque invictiss. Augusti.

Qui omnes in praestantissima collect. Andr. Duchesne inveniuntur.

- 5) An. 814. de reb. gest. Pip. Carl. & Ludov.
- 6) in Chron. l. II.
- 7) de Gest. Ludov. c. VI. apud Duchesne.
- 8) conf. Struv. in elem. Jur. feud. edit. celeb. Helfeld. p. 18.

Sect. XI. Jam satis uberiusque ex dictis posse perspici omnino arbitror, populum, penes quem est jus summam imperii potestatem in unum conferendi, vim quoque habere comitia indicendi, conventusque celebrandi publicos. Non alio enim nomine donantur comitia, quam quod sint conventus publici statuum de rebus magni momenti, salutem reipublicae, uti jam apud veteres 1) fuerunt, spectantibus, consultantium; seu quod sint, ut cum Celeberr. Darjes 2) loquar: "Conventus populi, qua imperantis ad negotia publica constituenda, tendentis". Quae vero vel nomen universalium accipere vel particularium, satis est clarum ex memoratis scriptorum. Ad priora omnes ordines, qui nimirum legitimam in comitiis standi personam constituunt, requiruntur convocati; ad posteriora autem, quidam ex his electi, ad negotia ibi pertractanda mandatis quibusdam instructi, sufficiunt. Huc quoque pertinent stataria atque extraordinaria, quae vel certo temporis seu anni spatio habentur, vel ad quaedam salutem publicam concernentia, peragenda, urgente necessitate indicantur. Sunt qui affirmant satisque probant, inter quos merito refertur Celeber.

ber. Andr. Knichius 3), speciem esse superioritatis territorialis, conventus indicere provinciales. Quae ex jure, quod populo est de summa imperii potestate disponendi atque in alterum conferendi, abunde patet, quaeque in imperio limitato semper tribuitur populo.

1) testante Herman. Conring. de judic. reipubl. German. l. XXII.

2) in Instit. Jur. prud. univers. §. 750.

3) de Jur. territorial. cap. III. n. 312.

Secl. XII. Apparuit jam satis ex enarratis, quod omnibus ex diversis obligationibus cum genere humano naturaliter connexis, cognitum certe erit, quantum fuerit utilitatis pacta inire; ejusdem quoque salutis fuisse populo, caput seu imperantem sibi eligenti providere, ne omnis apud unum individuum esset potestas, quemlibet facile intelligere animadverto 1). Elucet jam ex prima, quae Romae fuit regiminis forma, regiam nimirum potestatem non absolutam, sed limitibus maxime fuisse circumscriptam ita, ut summum rerum arbitrium atque jus belli & pacis penes populum fuerit, testante Dionysio Halicarnasseo 2). Quod a populo in imperio in alterum transferendo omni cautione ac diligentia semper fuisse observatum, tam pristinis, quam quoque recentioribus temporibus ex unaquaque civitate, ubi limitatum imperium occupat locum, habemus compertum. Promissionibus acceptatis, constitutionibus, legibusque imperii fundamentalibus ac patetis denique initis, summam imperantis posse limitari

tari potestatem, nemo credo negabit, quippe jam satis ex principiis Juris Naturae ac Gentium in anterioribus verba de eo fecimus, quo imperantes possunt obligari. Nam multa variaeque inveniuntur jura, tam in antiquissimis legibus fundamentalibus, quam in pactis novo imperanti, a libero populo eligendo propositis, recensita, quibus summa imperantis limitatur potestas. At supervacaneum certe esse, multa eorum in medium proferre, omnino duxi, quaedam tantum illustrare exemplis ex scriptorum enarratis fide dignissimorum desumptis, sufficiat. His merito sunt adnumeranda, jus conventus publicorum negotiorum caussa habendi; jus, quo imperanti foedus seu pacta cum exteris, sine praevio consensu populi ineundi, interdicitur; quo imperantis leges, licet quandoque in fundamentalibus seu consuetudinibus populi, adjecta vero quadam conditione, aliquid mutant, vim solummodo omnem accipiunt, seu ex totius populi consensu; sive ex Senatus, uti in Suecia 3); sive ex summae Curiae, uti in Gallia 4); vel plurimorum consensu, uti in M. Britannia 5) omnes populi ordines repraesentantium. Apparere optime tam ex historiae antiquae ac recentioris notitia, quam ex diversis formarum speciebus, neminem inficias ire credo. Expressis saepenumero inveniuntur verbis recensitae jurium clausulae, in pactis cum imperante ineundis consignatae, quarum fines, promissione facta in pactis nimirum bilateralibus, a populo propositas, apud quem summa imperii est potestas, imperans transgredi nequit, nisi legum

legum violatione , nisi insufficientia obligationibus obtemporandi , nisi ipsissima turbatione in τω suum populi. Referuntur ad has & quidem praecipuas , quae tangunt religionem , fundamentum quasi omnium legum tam naturalium , quam civilium , fontem ac scaturiginem boni , aequi ac justii. Optime judicasse hac de re Puffendorffum legimus relatum , quantum esset periculi , si omnis vis ac potestas imperandi in unum individuum fuerit translata , in rebus potissimum ecclesiasticis. Tradam igitur ipsissima eleganter differentis verba. 6) „Un „peuple , qui est convenû de la verité de sa religion , & qui croit que la forme du gouvernement „ecclesiastique & des rites reçus , est celle qui convient le mieux à son genie , peut en se donnant un „prince lui faire promettre de ne rien changer de „sa pure autorité. On fait combien la justice est „mal administrée , lorsque l'exercice en est abandonné entièrement au Souverain , 7) & qu'il n'a „d'autre regle à suivre , que les idées de l'équité , „qui souvent sont formées en lui par passion ou par „l'ignorance , plutôt que par raison. Huic addatur , quod Antonius Perez , qui ab epistolis imperii Hispaniæ , tempore Philippi II. fuit , memoriae tradidit , de hominibus fidelitatis subjectionisque Arragonensium , adjecta quadam conditione Hispaniarum Regibus praestito. Ipsissima verba sunt quae sequuntur : „Nos que vale- „mos tanto , como vos , os hazemos nuestro Rey „con tal , que nos guardeys nuestros fueros y libertades ; y sino no.” Esse adhuc admonenda , quae in formula regiminis in Suecia 8) introdu-
cta

Et atque a regibus tempore electionis juramento confirmanda reperiuntur relata, omnino arbitror.

- 1) Acutissimus auctor libri: divers. select cases in government, optime sentiit pag. 117. „Princes indeed never want ambition to increase the power they are vested in; and therefore a government ought never to be without a law, that may serve as a curb to such injurious ambition.
- 2) Lib. VII. cap. XXXI. Consulatur quoque hac de re Celeberr. Middletons Treatise of the Roman Senate. Lond. pag. 33.
- 3) Leguntur in ipsa formula regiminis recensita art. XIII. seq. ap. Schmauf. in corp. Jur. Gent. Acad. tom. II.

Dem König lieget ob, sein Reich mit und also nicht ohne, vielweniger wieder der Reichsräthe Rath zu regieren, welche den König auch unbefragt und unberufen, was des Reichs Recht sey, erinnern auch hindern müssen, daß keine Rathschläge wider die Freyheit der Stände vor die Hand genommen werden können.

- 4) I. e. Parlamenti, licet potestatem ejus recentioribus temporibus esse quibusdam circumscriptam limitibus, ex dictis Comitis de Boulainvilliers in libro praestantissimo: l'histoire des anciens parlements de France, intelligi possit, pristinam tamen ei esse denegandam dignitatem, nemo certe rerum gallicarum notitia bene instructus perhibebit. Quod praecipue ex eis elucet, quae apud Mably, dans le droit public de l'Europe tom. II. inveniuntur. „Par le droit public des François la „volonté de leur prince enregistrée dans les cours „souveraines fait leurs loix.”
- 5) H. e. Curia regni M. Brittan. superior ac inferior. Conf. Constitution and present State of great Britain. Lond. pag. 150. „The house of Lords are „undoubtedly the hereditary councillors of the Crown

„Crown and have a judicial power lodged in them
 „by the constitution: They are the supreme court of
 „judicature and from them there lies no appeal: One
 „of the principal ends of parliament being to defend
 „the rights of the people and redress grievances, the
 „chief cure therefore lies in the house of commons.
 Addatur Jus parlamentar. or the power, jurisdic-
 tion, rights and liberties of the most high court
 of Parliament by William Petyt. Lond.

Nec non ejusdem auctoris Jus antiqu. commu-
 nium Angliae, or the ancient right of the Com-
 mons. ibid.

6) Tom. II. lib. VIII. cap. VI. §. II.

7) Vid. Tacit. ann. lib. XIII. cap. IV.

8) Vid. Versicherungs-Aкте Art. VI. Dafs er ein
 rechtes Misfallen und billigen Abscheu gegen die
 unumschränkte Königl. Gewalt oder so genannte
 Souverainität trage, und dafs, damit eine so schäd-
 liche und dem Reiche zum Verderben gereichende
 Regierungs-Art nimmermehr im Reiche eingefüh-
 ret werden möge, derjenige des Königl. Thrones
 verlustig seyn und als ein Reichsfeind angesehen
 werden soll, welcher entweder durch offenbare
 Gewalt, oder durch heimliche Ränke sich zu einen
 Souverain aufwerfen möchte. Ibidem legitur: Die-
 jenigen, welche die unumschränkte Gewalt wieder
 einzuführen suchen, als des Königs und des Reichs
 gehässige Feinde und als die ärgste Verräther des
 Vaterlandes, ohne alle Gnade angesehen und ab-
 gestraft werden sollen. Keiner zu einer geistli-
 chen noch weltlichen Bedienung gelangen soll, der
 nicht vorher mit einem körperlichen Eide die Sou-
 verainität verschworen hat.”

Sect. XIII. De ea & quidem ultima adhuc
 pauca dicere non superfluum certe erit, clausula
 seu potissimum conditione, pactis cum nouo im-
 peranti prius ineundis, quam electio sit celebran-
 da,

da, annexa, qua si forsitan de legum fundamentalium conditione disputetur, ac de eis adimplendis lis oriatur inter populum & imperantem, tertius eligatur iudex, quem nec mediate nec immediate pro ratione status, res tangi debet. Respondent exempla propositioni nostrae, probantque sententiam quae intima historiae cognitio nobis suppeditat. His annumerandum est illud Caroli V. Imperatoris, cujus dominium Frisii ea nempe conditione agnoverunt, ut si forsitan essent controuersiae, pacta seu privilegia populi spectantes, tertius admittatur iudex. 1)

Quum itaque habemus expertum, non esse 2) contra imperantis potestatem, quod ea sit vel legibus fundamentalibus, vel pactis recenter initis, limitata; sequitur igitur ex principiis, imperantem de potestate summa, quae per leges fundamentales seu pacta bilateralia ei concessa, originarii nil posse amittere, nisi rationibus in proximis adhuc explicandis, nec aliquid in eis, a populo reservatis, mutare. 3)

1) Conf. Winfenem. histor. Vernac. ad an. 1515.

2) Evolvantur: Traités des droits de la Reine de France imprimé en 1667. par ordre de Louis XIV. p. 299.

„Ce n'est ni imperfection, ni foiblesse dans une autorité supreme, que de se soumettre à la foi de ses promesses, ou à la justice de ses loix.”

3) In eodem praestantissimi libro legitur pag. 161. Que la coutume étant un loi, qui est requise par le sujet & accordé par le prince, il est constant, que l'un & l'autre ont volontairement renoncé à l'autorité de la pouvoir changer, parcequ'elle est faite en forme de stipulation & revetue d'une espece,

ce , de contrât , qui étant une fois parfait , doit avoir son être immuable ; & le Roi aufi bien , que chacun de fes fûjêts , eft prefumé d'avoir ftipulé ce qui eft requis par les ftatuts. ”

Porro : Que les Rois ont cette heureufe impuifance de ne pouvoir faire contre les loix de leur païs.

Seçt. XIV. Quum jam in anterioribus ex principiis Juris Naturæ ac Gentium fatis abunde, quod fpero, oftenderim, populo effe potestatem independentiæ naturali renuntiandi, qua ratione civitates forfan sunt ortæ, uti ex evolutis eft notum, ac per pacta, libertates ipfi refervantia optimas, imperantis agnofcendi dominium, quibus fuma potiffimum limitatur imperii potestas; ita quoque, fecundum ipfiffima juris Naturæ ac Gentium principia, certe erit ftatuendum, ut populus ex promiffione legitima ejusque obligatione, quibus ceffante ea ab imperante præftanda prævia nimirum læfione, ab illo nexu obligatorio, quo imperanti pactis initis fuit obftriçtus, folvitur, ab ipfo quoque jure ad obligationes adimplendas, quod imperanti promiffione pactoque fuit conceffum, poffit liberari. Ex quo fuma imperantis finitur potestas. Effe eorum diverfas fpecies ex Juris Naturæ ac Gentium fcientia novimus, inter quas memoratu funt digna Joan. Balioli in Scotia 1) & Caroli Lotharingi in Gallia 2) qui ambo nudo folum conatu alienandi regnum, jus imperii amiffiffe dicuntur. Si itaque nudo principis conatu imperium alienandi, jus amittatur majestatis, ita quoque caufa efficaciter existente ipfoque effectu, quo leges fundamentales imperii

C

mutan-

mutantur, quibus omnis ordinis neglectus in rebus publicis, quibus omne detrimentum reipublicae, illud finiri posse rite argumentari licebit. 3) Non majore egere approbatione sententiam nostram, ex eis est dijudicandum principiis, ex quibus ipsissima argumenta omni dubitatione majora, omnibus Juris Naturae ac Gentium peritis, sunt cognita. Ad pacta etenim servanda 4) promissione reciproce facta, ejusque ad praestanda obligatione, imperantem esse obstrictum 5) jam ex primis principiis Juris Naturae satis probatum animadverto, atque ex iisdem ita calculos meos duco, ut si non stet promissis, in pactis bilateralibus constitutis, populum in τω suum turbet, ergo eum laedat, 6) qua laesione omnis cessat obligatio. Accedunt his in medium prolatis acutissimi Puffendorffii verba. 7) „Si un roi, qui tiennent la couronne d'un libre consentement du peuple, veut faire quelque changement dans la maniere de regner, établie par les loix fondamentales, il est clair non seulement, que tout ce qu'il fait à cet égard, est nul en soi, mais encore que, s'il en vient à des voies de fait pour executer ses injustes desseins, 8) les sujets peuvent legitiment opposer la force à la force.”

1) Inspiciatur Buchan. in histor. Scotiae. lib. VIII. reg. 95.

2) Mezerai compend. histor. Gall. reg. Hug. Capet. his addatur Barclajus contra Monarchiam. lib. IV. cap. XVI.

3) Conf. Select. Cases of Government. pag. 4.

„Unjust princes are mortal and their authority fading, but the government and laws eternal.

4) Vid.

4) Vid. Proeleus in dissert. de pactis ita differens : „Ad pacta quod attinet, ea ex se & sua natura servanda esse nullo habito respectu ad utilitatem externam exinde redundantem.”

Si nimirum omnia ad pacta ineunda adfuerint requisita. Si quoque causa, circa quam versatur res, sit justa; si denique legitimo modo fuerit perpetrata, de quibus in sequentibus plura.

5) Evolvatur Albergat. della republ. Reg. lib. II. cap. XXII.

„Che la perfidia ed impietà anche nel stato Tirannico non sia convenevole & che anche nelle repubbliche cattive sia necessaria l'honestà.”

In unum congruit quod nobis tradidit Pier. Mathieu dans l'histoire d'Henr. IV. tom. I. lib. II. apud Linneum in Capit. Carol. art. XXXI.

„La tromperie est par tout odieuse, mais elle l'est d'avantage aux princes, dont la parole doit être réimmuable.”

6) Legi meretur Puffendorffius ita sentiens : „Du même moment que le Souverain agit en ennemi avec ses sujets, il est censé les absoudre lui même du serment de fidélité.”

Acutiss. Helvetius, auctor de l'Esprit Tom II. cap. XXIII de populo antiquo Scythiæ ait : „Soumis à des chefs, dont le pouvoir étoit assez étendu, ils étoient indépendants, parcequ'ils cessioient d'obeir au chef, lorsqu'il cessoit d'obeir aux loix.

7) Tom. II. lib. VIII. §. 8.

Conf. Grotius lib. I. cap. IV. §. 7.

8) Vid. Mr. Locke dans son second Traité du Gouvernement cap. XVIII. „On est aussi bien fondé de courir aux armes & de penser serieusement à sa conservation, que le seroient des gens, qui se trouvant sur mer, croieroient que le capitaine du Vaisseau a dessein de les mener à Alger, parce qu'ils remarqueroient qu'il tire toujours de ce côté là, quoique les vents contraires, la nécessité de faire re-

doubler son vaisseau & le manque d'hommes ou des provisions, le contraignissent souvent de changer un peu de route: car ils auroient lieu de penser que sitôt que les obstacles cesseroient, il feroit voile sans discontinuation, vers ce malheureux país où regne l'esclavage."

Nec omittenda sunt, quae apud Celeb. Barbeyrac. in notis ad Puffend. Tom. II. lib. VII. cap. VIII. leguntur."

Les sujêts ne sont même obligés d'attendre que le prince ait entièrement forgé les fers, qu'il leur prepare, & qu'il les ait mis dans l'impuissance de lui résister. Il suffit que toutes les démarches tendent manifestement à les opprimer, & qu'il marche enseignes déployées à la ruine de l'Etat.

Examinantur dicta auctoris: Select Cases of Government, exemplum memoriae dignum ex histor. reipubl. Venet. desumptum allegantis pag. 114. „Soon after the erecting of the office of Doges in the republick of Venice, there were some of them thro' a prevailing interest they had amongst some of the Senators, who began to be ambitious of greates things to the diminution of the republick's liberty and the advancement of their own power. Now the Senators, who opposed these counsels and desigus, being braught before the Doge and the rest were, under the pretence of other crimes laid to their charge, deprived of life and fortune all at once. Porro ait ut libertati reipubl. magis provideretur: "They agreed to enact two laws that might be for ever of use to the common wealth. The first law was whoever for the future shall move any thing in or to the Senate, whereby they may seem to lessen or endanger the liberty of the republick and the authority of the Senate, they shall, according to the greatncss of the crime or attempt, be either adjudged guilty of treason, or they and all their posterity be accounted infamous and unstable,

stable. The second law was, that whoever did at any time offer any thing to the Senate concerning the repealing of this useful law, it should always be esteemed a capital crime in him. Porro: This was a most commendable method and of perpetual use, which had it been practised by some other governments the nobility and people's liberty had not at this day been trampled upon by princes."

Sect. XV. Non supervacaneum sane esse sed sententiae optime congruum, verba celeberrimi Abbadie 1) scriptis recitare, videtur. „Le droit „naturel de notre conservation est tout à fait in- „alienable, c'est à dire que l'on n'y renonce jamais „entièrement & absolument. Il est vrai, que lors- „que je me confedere avec les autres hommes, pour „former la société, c'est à cette condition, que j'ex- „poserai ma personne particuliere, pour la con- „servation du tout; il n'y auroit pas moïen, si cha- „cun ne pensoit qu'à soi, que la société puet se „conserver & je perdrois l'appui, que je trouve „pour ma propre conservation dans mon union „avec les autres. Mais comme on ne peut point „dire, que des soldats, qui se tiennent serrés & „qui combattent vaillamment à la guerre, renoncent „au soin naturel de leur conservation, ainsi on ne „dira point, que les particuliers renoncent au droit „de leur conservation, lorsque pour l'amour de la „patrie, ils s'exposent au danger de perir. Il y a „de la contradiction que nous alienions ce droit „pour jamais. Comment des hommes, qui jouis- „sent des privileges de la société civile, auroient-ils „renoncé à ce droit de se conserver, puisque ceux,

„qui font retranchés de la société, comme les crimi-
 „nels condamnés à la mort, n'y renoncent pas ?
 „De sorte que, s'ils s'échappent & qu'on les re-
 „prenne ensuite, ils souffriront la peine, que leur
 „premier crime a méritée, en execution de la sen-
 „tence, qui avoit été prononcée contre eux ; mais
 „on ne leur fera point le procès pour s'être voulu
 „sauver : ce qui est fondé sur ce que, comme la
 „nature revient toujours, aussi les droits de la na-
 „ture ne se perdent jamais. — — Un homme
 „se trouvant mal, peut & doit faire choix d'un
 „bon medecin, à qui il donnera un pouvoir appa-
 „remment arbitraire sur son corps. Je me remets
 „entre vos mains, lui dira-t-il, faites de moi ce
 „que vous voudrez. Je ne contredirai point Vos
 „ordonnances & quand je le voudrois faire, je veux
 „que mes domestiques executent Vos ordres, & non
 „pas les miens, & que vous ayiez ici tout pouvoir.
 „En verité, vous imaginerez vous, qu'un tel
 „homme renoncât pour celà ni au droit, ni au
 „soin de sa conversation ; que ce pouvoir qu'il
 „donne sur lui même, illimité en apparence, le
 „fut en effèt, & que s'il étoit evident, que le me-
 „decin voulut empoisonner le malade, celui-ci ne
 „peut s'y opposer, sans violer sa parole & ses en-
 „gagemens ? Qui ne voit qu'il y a là des extremi-
 „tés, qu'il faut éviter ? Qu'on ne doit pas permet-
 „tre au malade d'être le maitre de son medecin,
 „mais qu'il est juste aussi de s'opposer au medecin,
 „quand il est notoire qu'il veut empoisonner le
 „malade ? Que s'il n'étoit point permis de depo-
 „ser un Roi notoirement destructeur, il s'ensui-
 „vrait,

„vroit, que le droit de nous detruire, sans pou-
 „voir perdre la couronne pour celà, passant de pere
 „en fils, nous aurions perdu ou aliené pour ja-
 „mais le droit de nous conserver nous mêmes.”

Non egere notitiam historiae tam antiquissimo-
 rum quam recentium temporum, exemplis sub
 argumentis Juris Naturæ ac Gentium militanti-
 bus ac sententiam nostram rite probantibus, om-
 nino scimus; superfluum igitur lectoribusque
 forsan fastidiosum magis, quam instituto necessa-
 rium esse judicamus, multa eorum proferre, nisi
 a quibusdam discessero. Quis est enim, qui non
 sciat, quod Romulo, 2) quod Tarquinio evenit,
 & quis est denique, cui non sint cognita illa, quae
 nobis suppeditaverunt Imperii Romano Germanici
 aliorumque scriptores exempla. Nec maximos
 quidem fuisse exemptos Pontifices a depositione
 seu amissione summi imperii, vi conciliorum ac
 synodorum habemus compertum.

1) Defense de la Nation Britannique pag. 260.

2) Vid. Conyers Middleton in lib. cit. „Their first
 king Romulus no sooner began to violate the con-
 stitutions, that he himself had made, than, as it is
 commonly believed, he was privatly taken of.

Conf. Dionys. II. 56. & Appian. de Bell. Ci-
 vil. II.

Seçt. XVI. Jam nunc satis ex principiis Juris
 Naturæ ac Gentium quoad illud, quo liberi
 populi obligatio erga imperantem finiri ejusque
 consecraria flui possint, disseruisse videor; at
 quaedam tantum proferre mihi est animus, qui-
 bus plane apparebit, cuique civium in imperio

limitato competere jus, actionem contra imperantem instituendi. Non solum in Jure Naturæ ac Gentium esse fundatum, nemo inter eruditos certe est, qui in dubium vocare, vel etiam multis exemplis a scriptoribus & nostri 1) & majorum 2) ævi memoriae traditis, esse confirmatum, negare velit. Si adsit igitur turbatio in τω suum populi, ex qua læsio legum fundamentalium concludatur, ex qua denique damnum & minans & illatum intelligatur, tunc actionem justo jure institui posse, sentio.

- 1) Hic pertinet quod apud auctorem: An account of the constitution and present state of great Britain Lond. legimus relatum pag. 103.

„The subject may without the least danger from „his sovereign or those who act in his name and „under his authority; he may do this in open „war, where the king may be cast, and be obliged to pay damages to his subject. He cannot „take away the liberty of the least individual, unless he has by some illegal act forfeited his right „to liberty.”

- 2) Legi merentur effata Hesiodori in histor. Ethiop. cap. X. ex transl. Mr. Amiot: „Justice ne revere „ny reconnoist aucune preeminence ny dignité, ains „en jugement celuy seul est Roy, qui a le meilleur droit, ut qui allegue de meilleurs raisons.”

His adjungantur verba ingenios. Helvetii in libr. cit. Tom. II. cap. XIX.

„A l'avenement de Malicorne au trône d'Ecosse, „un Seigneur lui presente la patente de ses privileges: Le roi la prend & la dechire. Le Seigneur „s'en plaint au parlement, & le parlement ordonne, que le roi, assis sur son trône, fera tenu, en „presence de toute sa cour, de recoudre avec du fil „& une aiguille la patente de ce Seigneur.”

Pars



Pars II. De Specialioribus.

Seçtio I.

Ita huc usque de generalioribus dixisse arbitror, ut specialiora ex eis deducenda, quod me iudice non magno eget molimine, sint luce clariora. Ita mihi visum est statuere sententiam, ut nemo negare possit, nisi qui legum fundamentalium Curlandiae formulaeque regiminis ignarus, immo Juris Naturae ac Gentium fere sit rudis. Sufficiant igitur principia ex Jure Naturae ac Gentium deducta, ac instituto nostro accommodata. Sufficiant exempla ex scriptorum enarratis fide dignissimorum desumpta, omnibusque quantum eorum extiterunt in Curlandia, optime respondentia. Sufficiant denique in medium prolata ad specialiora probanda.

Neminem sane inter rerum Curlandiae notitia optime instructos fore credo, qui in dubium possit vocare, patriae nostrae formam ex principiis libertatis, tanquam salutis populi esse ortam, & ita legibus munitam, ut libertas, ut privilegia, ut salus denique, cuique civitatem constituenti curae cordique fuerint. Hic studium longissimi temporis, hic labor multis periculis intricatus majorum, acutissimis ingeniis eximiisque virtutibus praeditorum, qui summam potestatem, quae apud singulum eorum fuit, in unum transferebant, ita ut utilitatis, non detrimenti sit omnibus.

nibus. Ex hoc magister Ordinis cum consensu omnium, universum corpus constituentium, electus. Quum vero temporibus illis bellicosis atque turbulentis contra fortiorem defendere, viribus jam destitutus se animadverterit, statum suum, universo consentienti, ordine ac rebus bene ponderatis, ita mutavit ac dominium Sigismundi Augusti, Regis Poloniae Div. memoriae, & serenissimae Reipublicae, omnibus & singulis nimirum unanimiter consentientibus agnovit, ut libertas, privilegia, consuetudinesque, uti haec unico nuncupantur vocabulo, antiquo magistrato Teutonico, 1) in legibus fundamentalibus pactisque subjectionis, Ordinis magistrorum temporibus, recensita, semper maneant illaesa, quae non solum ab augustissimo Rege Sigismundo, sed quanti eorum in Polonia fuerunt, juramento sancita, ac in publicis comitiis sollempniter sunt confirmata. Ex hoc Dux Curlandiae & Sempgalliae consensu totius Ordinis electus, atque a rege & republica confirmatus. 2)

1) Explicatur fufius vocis sensus a L. B. de Klopman in jure Ducem eligendi per ill. statibus Curlandiae & Sempgalliae compet. extincta quoque stirpe mascula Kettleri §. XIII.

2) Conf. lib. cit. §. VII.

Sect. II. Elegisse status Curlandiae & Sempgalliae, sibi ducem ex numero Ordinis, ingenio ac virtute conspicuum, optima ad suscipiendam regiminis clavem requisita, rationemque quae vulgo adpellatur status, usque ad extinctionem lineae masculinae Kettlerianae haud interrupte observasse ex actis publicis rerum

rerum Curlandiae tam impressis, quam scriptis abunde patet; posteaque adhuc Serenissimo Bironio, unis eisdemque stabilitis rationibus, summam regionis potestatem, qua gaudet Dux Curlandiae & Sempalliae per pacta subjectionis, seu gaudere potest per pacta nimirum bilateralia cum Statibus ineunda, concessisse, omnibus fere notitia rerum publicarum haud destitutis cognitum certe erit. Palam est Augustissimum Regem Poloniae nobis Clementissimum, ac Illustrissimum Senatum, Statibus Curlandiae imprimis commendasse rationem status, cui semper obtemporaverunt in eligendo Duce ex numero Ordinis, uti fert relatio, in actis publicis Curlandiae memoriae tradita, Generosissimi de Heyking, Capitanei majoris tum ablegati nostri. Si itaque Princeps extraneus Dux salutetur Curlandiae & Sempalliae, fit prius indigena regionis i. e. numero Ordinis Equitum adscribitur, postmodo autem summa, quam more majorum habuerunt Duces, in illum transfertur imperii potestas: sequitur ex principiis indubitatis non majora sibi arrogare posse jura, quam per pacta ei concessa. Declarat igitur ac renuntiat, ut ita dicam, eo ipso, se praerogativa seu jura, illa nimirum, quae ei qua Principi extraneo competunt, statum nempe regionis concernentia, in Curlandiae & Sempalliae Ducatibus minime exercere velle.

Secl. III. Largissimum esse, copiosius verba facere de jure electionis, Statibus Curlandiae & Sempalliae, tamquam descendentibus illius praestantissimi Ordinis, competenti, omnino duxi; quo-

quoniam in legibus fundamentalibus, pactisque subjectionis reperitur fundatum, semperque more consueto, quoties Duce egebant Status, exercitum. Inutile quoque, ac si fas est dicere absurdum, illud quo eminent Status Curlandiae jus electionis disputare, quum tot tantisque argumentis dimicatum, rite probatum atque exemplis illustratum fuerit. Ex unico ex historia Poloniae desumpto & quidem firmissimo elucet veritas, luce omni clarior, quod est, quum ipse quondam Augustiss. Rex Poloniae aequissimo tulisset animo, ut frater ejus salutatus fuisset Dux Curlandiae & Sempalliae, quam ob rem litteras ad Status Curlandiae datas misit, in quibus fratrem Ordini Equitum de meliore nota commendavit; sed frustra omnia in agitandis evenerunt. Nullum fuisse aliud impedimentum certe scimus, nisi gravissimum illud imprimis contra pacta subjectionis, omnesque civitatis consuetudines directum, quod nimirum Princeps Romanae Apostolico-Catholicae religionis cultui addictus nunquam ad regendos Ducatus Curlandiae & Sempalliae admitti potuisset; qua legis sanctissimae vi ac robore ipse Augustissimus Poloniae Rex optime fuit instructus, & ita laesione legis, si ille Statibus Curlandiae obtruderetur invitis, adeo convictus, ut Jacobum Ducem more consueto a Statibus electum, confirmaverit sollemniter. Non deficiunt scriptores ex principiis indubitatis jus eligendi Ducem deductum, Statibus Curlandiae justo jure tribuentes. Eorum sunt diversi 1). His suffultis statuendum omnino erit, Ducem Curlandiae tanta im-

ta imperii potestate semper esse investitum, tantoque honore fulgere, quantum sufficit ad ipsius splendorem & ad populi salutem promovendam. Limitatam ibi solummodo esse potestatem ipsius summam, ubi privilegiis populi, ac dignitati patris patriae nocere, legesque posset violare, ex ipsa regiminis constitutione patet. Fluit itaque omnis ejus dignitas ex dominio liberi populi; exsultat omnis auctoritas ex legibus; emanat immo summa imperii potestas ex pactis cum libero populo initis 2).

1) 1. Brevis & succineta enarratio Jur. Curlandiae & Sempgalliae circa electionem novi Principis.

2. Jus eligendi Ducem Statibus Curlandiae ex principiis Juris Naturae vindicatum.

3. Solida demonstratio, qua facultatem eligendi Ducis ad Ordines Curlandiae & Sempgalliae optimo jure devolutam esse ostenditur.

(Qui omnes sub anonymi titulo prodierunt)

4. ac denique opusculum citat. L. B. de Klopman in lucem Lond. an. 1758. emissum.

2) Merito hic recensenda sunt verba auctoris: An account of the constitution and present State of Great-Britain pag. 102.

“The King of England has the power of doing good in its fullest extent. This is the only power, that can give him true dignity and distinguished honour: for it is not the least diminution to his glory, that he is confined from doing, what would tarnish his reputation, and render him infamous to posterity: on the contrary, this is a circumstance, that renders him truly great, and raises him above all the tyrants of the earth“.

Sect. IV. Omnibus jam satis liquere, ex argumentis in anterioribus prolatis, animadverto, populum, apud quem summa est imperii potestas, de jure suo disponere posse, ergo etiam valere consequentiam de privilegio quodam in ipso jure fundato, unumquemque eorum ex ipsissimis principiis facile intelligere, existimo. Notum atque omni exceptione majus est nobis argumentum, Status Curlandiae habere liberum juris electionis exercitium: sequitur itaque, eis illud cum omnibus articulis competere; quoniam ex ipsissima rei natura ac principiis Logicae fluit, unumquemque de jure suo vel in totum, vel quo ad certam speciem juris posse disponere. Ex legibus fundamentalibus Curlandiae patet, ad adipiscendum regionis dominium adnumerari requisiti, ut novus Princeps sit Religionis 1) Evangelicae seu Augustanae Confessionis cultui addictus; factum tamen est, ut Status Curlandiae rationibus forsitan gravissimis suffulti, hoc in articulo de jure suo, sibi de Principe providendi, disponere voverint ita, ut Religionis Apostolico-Catholicae ditioni addictum, sub quadam vero restrictione, eligere decreverint. Omnium fere vota tendebant ad Serenissimum Principem Carolum, Augustissimi Regis Poloniae Augusti III. Filium dilectissimum. Omnesque desigebant animos in Principem aditu clementissimum, intuitu patrem patriae, tanquam Augustissimi Regis prolem. Fuit itaque in deliberationibus atque agitatibus, ut Serenissimus eligeretur Dux Curlandiae, quo signa observantiae singularis luculentissima, erga Cle-

Clementissimum Regem exhiberent Status Curlandiae, ac ejus suafui, litteris Illustrissimi Comitis Malachowski, Cancellarii primi regni Poloniae, expresso, tamquam tubae Augustissimi Regis, ac libertatum Reipublicae strenui ventilatoris, pro ut ferret ratio status obtemporarent, ut denique nobis esset Princeps salutem populi promovens, libertates defendens, ac summo agens jure. Invenitur in ipsissimis litteris ad Status Curlandiae missis, Augustissimum Regem non solum aequissimo tulisse animo, ut in conventu omnium Status Curlandiae & Sengalliae constituentium, nonis Decembr. an. MDCCCLVIII Mittaviae indicato omnia, imprimis mandatum ab Ablegato nostro Generol. de Schöpping 2) ad Comitata Warsaviae celebranda misso, insciis atque invitis Statibus transgressum, spectantia, agerentur, ac ea qua par est aequitate dijudicarentur; sed etiam placito Regis optimi respondere, si in illo de pactis bilateralibus cum novo Principe more antiquo ineundis, tractetur. Quam ob causam Serenissimus Princeps Carolus Ablegatum Generol. L. B. de Mirbach, Equitem S. Alexandri Newsky, atque a Consiliis intimis Regis Poloniae, plena potentia instructum, ad negotia in conventu nostro tractanda, Mittaviam mittere decrevit. Facile intelligi potest non solum ex his sed & pluribus litteris ad Status Curlandiae Illustriss. Cancellarii scriptis, omnem navare velle operam, ne privilegia, ne consuetudines jamdiu receptae ullo modo violentur. Dedit nobis quoque consilium, ut de ineundis

dis pactis bilateralibus, semper cum novo Principe instituendis, optime provideremur.

1) Conf. Pact. subject. §. 1.

2) Legatur ipsa instructio ab Ord. Eq. ei commissa, an. 1756. d. 14. Aug.

Huic addatur, quae vulgo nuncupatur arcana seu privata instructio. Quaedam ex illa esse proferenda, credo, quum non omnibus contingat eam inspicere.

§. 2. — Ihre Königl. Majestät und die Durchl. Republicq um die Befreyung unsers unglücklichen Durchl. Herzogs und dessen Familie anzutreten und zu bitten.

§. 3. Sr. Erlaucht, Hochgräfl. Excell. dem Hrn. Kron-Groß-Canzler aus unsern Landes-Gesetzen zu unterlegen, wasmassen wir nach denen ausdrücklichen Worten unserer Regiments-Formul unter andern darauf gewiesen sind, auf unsern Landtagen nichts contra investituram Ducalem vorzunehmen, und dieses die Ursache also sey, daß ehe das Lehn von Ihrer Königl. Majestät und der Durchl. Republicq für vacant erkläret worden, wir nach unsern Pflichten mit der Vorbitte für unsern unglücklichen Herrn und dessen Familie fortfahren.

§. 4. Die Neigungen der Stände der Herzogthümer für des Prinzen Carls Königl. Hoheit bekannt zu machen, wenn Ihre Königl. Hoheit der Prinz Carl zur Augspurgischen Confession sich bekennen, und uns in den Stand setzen würden, zu bitten, daß Höchstdenenelben diese Herzogthümer zu Lehen verliehen würden.

Et denique integra §. 6. Da nach unsern Subj. pact. und erhaltenen Cautionibus Religionis, und mehrern Urkunden, nicht zu bezweifeln ist, daß diese Herzogthümer eine solche deutsche Obrigkeit, wie sie gehabt, nemlich die der Augspurgischen Confession zugehan gewesen, allewege zu lassen, und der heiligsten

sten gegebenen und beschwornen Versicherung nach, darinnen keine Aenderung zu machen sey, allermaffen der erste Herzog von Curland Gotthardus, die integram administrationem totius rei ecclesiasticae, welche er als Heermeister und zeitiger deutscher protestantischer Reichsfürst gehabt, und nach der Regiments-Formul ewig seyn soll, conserviret hat, so hat unser Herr Delegirter dieses unablässlich und allerbestens zu insinuiren, wie wir denn der ungezweifelten Hofnung lebten, daß Ihro Maj. und die Durchl. Republicq von allerhöchster Deroselben und Dero glorwürdigsten Vorfahren am Reiche diesem Lande gegebene heiligste Versicherungen beherzigen, und uns bey unserer deutschen Obrigkeit, die wir tempore subj. und bis anhero gehabt, nemlich einen Fürsten, der sich zur Augspurgischen Confession bekennet, verbleiben lassen.

In litteris supremorum, Judicum, qui lingua vernacula appellantur *Oberräthe*, ad Augustiss. Regem Polon. scriptis reperiuntur verba: „Obsecramus Reg. Maj. „& Ministros ne nobis invitis contra pacta subiect. „obtrudatur Catholicus Princeps“.

Sect. V. Mittit itaque Serenissimus Princeps Carolus, Generos. L. B. de Mirbach, plena cum potentia munitum, ad congregationem totius Ordinis Equestris, quae lingua vernacula nuncupatur *Brüderliche Conference*, Mittaviae celebrandam, hunc nimirum in finem, ut de pactis cum Statibus solito jure ineundis, ibi tractet. Habuisse enim in mandatis, non solum pacta inire bilateralia, legibus fundamentalibus, formulaeque regionis accommodata, sed etiam plura concedere, quae forsan ex ipsissimis, si non in totum deduci, tamen ex parte aequiparari possent, atque in ea

consentire, a libero populo, apud quem praecipue est potestas Ducem eligendi, a Serenissimo Curlandiae iuste exigenda; quoniam non conjectura, sed praesumptione maxima in rationibus fortissimis fundata nititur sententia nostra, Principem a populo libero eligendum, qui summa potestate de eo sibi providendi gaudet, quique de jure quodam renuntiavit, conditiones non solum secundum leges fundamentales imperii praescriptas, sed & eas reservationes, ob quas de jure suo decesserit, acceptare velle.

Seçt. VI. Venit igitur in conventum omnibus congregatis splendidissimum, Generos. L. B. de Mirbach, acutissimi ingenii Vir ac Reipublicae Civis dignissimus; tractat ibi de negotiis, mandato a Serenissimo Principe plena cum potentia commisso omnimodo congruis; inita pacta cum Statibus Curlandiae & Sempgalliae universis, qua populo, cui jus electionis competit, legibus fundamentalibus nostris accommodata & dignitati Serenissimi Principis in civitate potissimum limitata haud adversa, ita ut tamquam Ablegatus industrissimus, Principisque mandati dignitatisque diligentissimus, negotia Serenissimi, licet multis magnisque impedimentis initio obruta, optime in congressu publico totius Ordinis Equestris terminet, terminata usque ad subscriptionem ipsius Serenissimi perficiat. Quam ob rem Status Curlandiae Generosissimum de Korff, Praefectum districtus Poloniae, seu ut barbare loquar, Starostam, equitem Ordinis S. Annae Russorum, ac Generosissimum de Hey.

Heuking, in civitate conspicuos, Varsoviam mittunt Ablegatos, ut actui sollemni ad feudum Ducatus Curlandiae & Sembergalliae a Serenissimo ibi suscipiendum, in d. III. Nonar. Januar. an. MDCCCLIX. consignato, non solum more adessent consueto, sed omnia & mandatis eis commissis prorsus accommodata, & pacto bilaterali a Generosissimo L. B. de Mirbach, Ablegato Serenissimi, nomine ejus cum Statibus in congregatione splendidissima inito congrua, optime observarent 1). Sed inopinata ac fere fastidiosa evenit res, quum his negotiis in publica congregatione omnium Mittaviae peractis, Serenissimus Princeps Generosum de Hahn cum pacto sollemniter cum Statibus ejusque Ablegato initis, ad ejus subscriptionem missum despicatum quasi habuerit, & pacta obsignare recusaverit. Nullas esse rationes, nullaque argumenta pro Serenissimo deducenda, cur non in pacta Statuum Curlandiae cum Ablegato suo juste constituta consenserit, tam ex principiis Juris Naturae ac Gentium & legibus fundamentalibus patriae, quam ex litteris Illustrissimi Cancellarii Regni, verba Augustissimi Regis dicentis, quamque ex ipsissimis verbis mandati Serenissimi Principis Ablegato suo commissi, unusquisque facile intelligere potest, nisi sententiae suae pertinax ac omnium fere litterarum notitiae sit rudis. Multa vero & quidem magna pro nobis ex iisdem principiis in medium prolatis emanant, & quidem ex capite promissionis per Ablegatum suum L. B. de Mirbach in sollemni Ordinis Equestris congregatione bona fide factae & a Statibus Curlandiae accepta-

tae, ac denique ex obligatione reciproca, pacta iusto nimirum jure inita servandi.

1) Fufius ex ipfo actu publ. i. e. Conferentialchluss d. dato Mittau d. 5. Dec. 1758. apparent verba:

— — — “Damit in dem Diplomate Investiturae „nichts was denselben und unferer Verfassung, Religion-Freyheiten, Prærogativen und Immunitäten zuwider feyn könnte, hereinfließen möge”.

Seçt. VII. Facere conventiones, pactaque inire bilateralia liberum populum posse, tempore nimirum electionis, cum novo Principe, ex anterioribus plane constat; quis itaque inter Juris Naturae ac Gentium instructos tam audaciter perhiberet, quod populo jus sibi de aliqua re conferendi, eo præcipue articulo, quo de jure suo decesserit, non competeret? Quis denique rerum publicarum notitia institutorum, tam peregrine sustineret, quod Status Curlandiae tamquam corpus liberi populi, pacta bilateralia cum novo eligendo inire, sibi que aliquid in eo potissimum juris articulo, nullo adhuc Principi concessio, transfereudo, reservare haud possent? Neminem sane credo fore. Patere jam omnibus videor, quod si juris renuntiatio non in totum, sed in partem tantum fuit, semper illud jus maneat illaesum. Ne itaque illa, Principem Religionis Apostolico-Catholicae cultui, tamquam Curlandiae Ducem addictum tangens, juri quod Statibus Curlandiae est, in posterum præjudicetur, ita pactis bilateralibus cum Serenissimo Principe Carolo ineundis fuit stipulatum, ut Principi, quo ad personam
ejus

ejus, summi imperii potestas largiretur, ac Dux Curlandiae & Semgalliae salutaretur, licet non sit Religionis purioris nostrae Augustanae Confessionis; non vero ejus descendentibus ejusdem Religionis cultui addictis.

Sect. VIII. Inveniuntur adhuc in eisdem recensiti pactis articuli, jura optime reservantia in se comprehensivis, inter quos est, ne plura sacella atque oratoria exercitii Religionis Apostolico-Catholicae, quam quot eorum in Ducatibus Curlandiae & Semgalliae existerunt, erigere sit licitum. Nam parvae certe esset utilitatis, oratoria ad Religionis Augustanae Confessionis Evangelicae cultum consignata, reparare, lapsa exstruere, ac verbi divini praeconibus salaria ex praediis constituta concedere, nisi potestas nova ad Religionis Apostolico-Catholicae exercitium determinata sacella construendi, in pactis bilateralibus verbis expressis sit circumscripta ac quasi refrenata. Non operis certe, non artis, non eloquentiae, nec argumenti denique persuasorii ad plebem facultate dijudicandi destitutam, de Religionis dictione vera, ab incunabulis professa, dissuadendi. Quo mox plura ad cultum Religionis Catholico-Apostolicae destinata exstruerentur sacella; quo denique omnes, quibus jus patronatus in oratorio esset, rationibus quibusdam, non vero dictionis convictione, sed Politicis tantum moti, Religionis cultum antea professum mutandi, sacellum ad Religionis exercitium nuper addictae certum, erigere, subditosque ad eum frequen-

tandum, si non cogere, admonere tamen, omnem certe navarent operam. Nil itaque, quam miserrimus Status, ad detrimentum Religionis Augustanae Confessionis Evangelicae enasci potuisset, uti Livonia, Poloniae nimirum subiecta, exemplum, si fas est dicere, nunquam satis deplorandum nobis subministrat. Ex quo mutatio formae regiminis; ex quo interitus salutis totius populi. Inter conditiones, reservationes quasdam seu cautiones continentes atque in pactis bilateralibus constitutas, repertur stipulatum, ut Serenissimus Princeps Carolus, qua cultui Religionis Apostolico-Catholicae addictus, ac praevia juris in pactis subjectionis stabiliti mutatione seu renuntiatione facta, adjectaque reservatione electus, de religionis purioris dictione in Ducatibus Curlandiae & Sempgalliae professa, de pace publica, legum ac privilegiorum conservatione, praestet securitatem; ita ut exteri imperantes, urgente nimirum necessitate, quod numen divinum avertere velit, causam communem nostram suscipere velle promittant, quod vulgo appellatur *Garantie leisten*. Quod non contra auctoritatem Principis in limitato imperio esse, tam ex argumentis in principiis Juris Naturae ac Gentium fundatis, quam ex ipso jure populi, qui summa de Principe sibi providendi potestate utitur, rite potest affirmari. Nec Serenissimi Ducis Curlandiae dignitati atque auctoritati esse adversum, & ex jure electionis pacta bilateralia antiquo more ineundi cum Principe eligendo, ac securitatem praestandi publicam, & ex exemplis reiteratis, rem optime illustrantibus, cuique

rerum

rerumpublicarum Curlandiae gnarō, est familiare; uti jam ex anterioribus, me judice, discussis atque ex illis, quae in congressu pacis in Monasterio Oliuensi instituto, ab Ablegato tum Cancellario nostro Generof. de Fölkersam ad eum misso, pertractabantur, apparet; nec non ex eis, quae anno 1700. a Generof. L. B. de Bulow, a consiliis intimis augustissimi regis Poloniae, excellentioris ingenii viro, acutissimo Ablegato, in congressu pacis Brunfuico celebrato, agitabantur, luculenter patet. Quam agendi rationem non solum approbasse augustissimum Poloniae Regem, Serenissimamque Remplicam novimus, sed & augustissimum Imperatorem Russorum Petrum Magnum, ejusque successores clementissimos Imperii, & augustissimos reges Borussorum 1), benevolentia singulari atque amicitia eximia Curlandiam semper amplectentes, habemus compertum. Praestabant de pace publica securitatem in congressu publico, imprimis vero, ut in Curlandia pactio de securitate & finibus tuendis semper observetur, quae germanice dicitur *Barriere*, quod ex ipsissimis litteris Imperatoris Russorum Petri Magni ad regem Borussorum scriptis, abunde patet. Nam si forsitan Serenissimus Dux Curlandiae, ambitione quadam aliisque rationibus motus, plures, quam ei sunt destinatae legiones legere, quarum numerus viginti certe millia excedere posset, seu naves exstruere vellet, uti classis Serenissimi pia memoriae Jacobi, quae quadraginta navium numerum explevit, ad insulas solummodo quasdam Americae nondum occupatas destinata, seu denique;

arces urbesque iterum munire apud animum constitutum haberet, quarum fuerunt Mittavia & Bausko optime munitae, ad partes alicujus fovendas determinatus, quod tamen contra leges fundamentales, facile fieri posset, quo vires partium ejus nimirum, cui legionibus seu exercitu plurimum succurrat, non amplius in aequilibrio tenerentur. Et quis est qui non animadverteret Serenissimum Ducem Curlandiae viribus ita potentem, incommoda quaedam atque obstacula, tempore nimirum belli, imperantibus vicinis adferre posse. Haec omnia certe emanarent, si restrictio non adesset in legibus expressa, facella & oratoria ad exercitum religionis Apostolico-Catholicae constituta haud exstruendi; si princeps praedia ac bona Ordinis equestris quantum ei juvat, emere posset; si denique limitata & quasi coarctata haud esset potestas, leges sine consensu conventus publici, omnibus in eo consentientibus status Curlandiae & Semgalliae constituentibus, mutandi, praerogativa Ordinis equestris diminuendi, ac libertate temporum injuria status privandi. Ex quo patria dulcissima nostra, bello implicata, neutram sequi partem desinit; ex quo forsitan totius regionis devastatio. Hoc ex fonte emanat, cur tam in legibus fundamentalibus determinatum, quam in pactis bilateralibus verbis sit constitutum expressis, quod Serenissimo Curlandiae Duci muneribus imperantis alterius, tamquam praefecto exercitui, haud fungi sit licitum. His denique adnumerandus est, quo stipulatur articulus, ut Serenissimus indigenis nobilibusque Curlandiae,

non

non vero extraneis, praedia seu possessiones ei proprias, tanquam praemium bene meritorum, semper ab omnibus antecessoribus consueto more concessas, quae lingua nobis vernacula audiuntur *zur Arrende geben*, concedere haud deneget.

- 1) Conf. Pac. Olivienf. Inst. V. §. I. apud Puffend. de rebus a Carol. Gust. Suec. reg. gestis.

Sect. IX. Quaedam adhuc esse dicenda in quantum summa imperii potestas Serenissimi Ducis Curlandiae sit limitata, omnino arbitrator. Statuimus igitur duplici modo eam posse restringi. Eorum primus ex legibus fundamentalibus seu perpetuis, a principe juramento affirmandis servandisque, existit; quo summa ejus limitatur potestas, diversas quandoque in se involvens species. Alter ex pactis bilateralibus cum novo principe semper ineundis, cum eo potissimum, qui non ex jure successionis eligi, nec secundum sensum formae regiminis strictissimum Ducatibus Curlandiae & Sempgalliae praeesse, admitti potuisset, nisi libera ac praevia juris renuntiatione, unico hoc solummodo casu statuum Curlandiae & Sempgalliae, omnino fluit. Credo certo certius lectores fatigare, in omnibus juribus recensendis, quibus summa limitatur principis potestas, quum jam in legibus Curlandiae fundamentalibus reperiantur consignata; nisi de quibusdam dicere fas esset. Eorum sunt praecipua, Ducem Curlandiae Serenissimum nil mutare posse, tam in rebus ecclesiasticis, quam politicis, nullasque leges sine

conventu publico ac Statuum consensu ita facere posse, ut habeant vim legis.

Sect. X. Quum igitur Serenissimus Curlandiae Dux, qua imperii limitati princeps nil sine consensu conventus publici Statuum, universum populum repraesentantium, peragere nec concludere patiatur, in rebus seu religionem seu privilegia seu quoque consuetudines spectantibus, ergo etiam sequitur, omnia eo ipso nulla atque invalida esse, contra haec peccantia, perpetrata; quod non solum cuique historiae Curlandiae notitia instructorum est cognitum, sed etiam ex dictis in anterioribus satis superque confirmatis, facile potest animadverti. Providerunt enim majores, 1) quasi defensores religionis purioris fortissimi, optimi patriae libertatum propugnatores, ac fidei strenue habendae observatores, ut in instituendo conventu publico Statuum, legibus fundamentalibus inserto, imperantis limitetur potestas, ita ut ei quidem sit jus conventus publicos vel ordinarios, vel urgente causa extraordinarios indicendi, dissolvendique, hoc nimirum sensu, si non ipse Serenissimus conventui amplius adistere, nec consiliariis, personam principis tunc repraesentantibus, adire permittere vellet; impedire tamen non posset, quo non de rebus, salutem totius populi spectantibus, in conventu publico jure antiquo celebrando optime consultaretur. Nam parvae esset utilitatis, statibus Curlandiae jus competere, conventus habendi publicos, si princeps eos pro lubitu dissolvere, omnesque consultationes
in

in congregationibus interdicere posset; eximiae vero est, ad eos pertinere jus conventus habendi, quoties exigat salus patriae, ita ut eandem habeant vim, quam si affuisset Serenissimus, licet eis adfistere recusaverit. Non desunt argumenta thesin rite probantia nostram, nec exemplis eget historia rerum publicarum Curlandiae. Eorum supeditaverunt & tempora ante an. c1010cxviii. & postea, ut ex illo ab Ordine Equestri instituto conventu satis intelligi potest, excluso nimirum Duce, seu potius Serenissimo Candidato Ducatus Curlandiae & Sengalliae, quem quidem Joannes Casimirus, Augustissimus Rex Poloniae, ad feudum Curlandiae suscipiendum apud animum jam deliberatum habuit; justo tamen jure propter dissensum totius Ordinis, illum haud esse confirmandum, quasi ducem legitimo ac antiquo more constitutum, omnino putavit. In hoc de novo tractatur principe, uti consuetudinis est Curlandiae; in hoc eligitur, qui in posterum ab ipso Rege Joanne Casimiro legitimus declaratur Dux Curlandiae & Sengalliae; omnibus quasi invalidis in antecedente peractis, revocatis, quod palam est ex ipso Diplomate Regis de dato Varsoviae die vii. Febr. an. c1010cclix. Ignorare quoque neminem quidem inter notitia rerum Curlandiae instructos credo, quod Ordo equestris conventum an. c1010cclxviii die x. Decembris indictum, licet Serenissimus Jacobus, tum Curlandiae Dux, eum irritum reddere voluerit, eam in finem, ut de rebus publicis ac salute patriae

patriae optime consultaretur, sollemniter celebraverit, quo fuit constitutum, ut ablegati ad comitia Poloniae mitterentur, mandatis de libertate ac privilegiis populi semper vigilandi, optime instructi. Dictis quoque respondet, quod contigit an. cło Io c LXXXIV, quum Serenissimus Dux Curlandiae terminum conventus nostri indictum, libenter limitatum voluerit, nihilominus tamen, rationibus fortissimis forsan, haud concesserit Ordo Equestris. Sat argumentis, sat exemplis, quorum adhuc supersunt multa magna-que, probasse videor, jus conventus celebrandi habere status Curlandiae & Semgalliae, ita ut ibi de bono publico consultari, ibique omnia iuste peracta, tanquam valida constitui possent.

- 1) His merito tribuenda sunt, quae apud Helvetium in lib. cit. leguntur, ex Cicerone omnium eloquentissimo excerpta: "Ciceron parlant du caractere „des premiers sages de la gręce dit: Aucun peril „ne les decourageoit, aucune consideration ne les „retenoit & ne leur faisoit sacrifier la verite aux vo- „lontés absolues des princes."
- 2) Conf. Celeberr. libertatis popul. Angl. ventilator, Sidney, dans son discours sur le gouvernement.
Vid. quoque pacta subject. & form. regim.

Sect. XI. Esse invalida, ac per se nulla, quae princeps in limitato regno sibi arrogat iura, contra pacta cum libero populo inita ejusdemque regionis leges fundamentales pugnancia, ex anterioribus ex principiis Juris Naturae ac Gentium pro virile parte erutis, statuere licebit. Eadem valet consequentia de Serenissimo Curlandiae

diae Duce, si nimirum aliquid contra pacta subjectionis, formulam regiminis, pactaque bilateralia agere vellet. Sequitur itaque, Serenissimum Principem Carolum, licet eum per pacta bilateralia ab ablegato suo sollemniter inita cum statibus Curlandiae, si ea quoque approbare voluisset, accepisse jura, quotquot eorum exstant Ducis Curlandiae, largiamur; quod tamen tunc temporis non erat factum, nulla foedera seu pacta regionem concernentia cum exteris sine consensu Regis Poloniae, reipublicae, ac totius corporis Status Curlandiae & Sempgalliae constituentis, juste inire posse, nec ullam vim juris habere. Quod & legibus feudalibus ac eis in Curlandiae fundamentalibus, pactis subjectionis & formulae regiminis optime responderet.

Nunc facile ex iisdem esse dijudicandum arbitror, in quantum foedus seu pactum Serenissimi Principis Caroli cum Augustissima Rufforum Imperatrice, absque Statuum consensu, regionem imprimis tangens, initum possit valere. Est itaque nobis argumentum tam principiis Juris Naturae ac Gentium fortiter munitum omnique dubitatione majus, exemplisque 1) confirmatum, quam sententiae ac voluntati Clementissimae Imperatricis omnimodo respondens, ut si pactum cum Serenissimo initum, expressis verbis diario conventus publici Statuum, quo omnem vim juris acciperet, infereretur aequissimo ferret animo. Et si, fama uti fertur, conjecturis quidem verisimilibus respondens, cum veritate congruat, Serenissimum

nissimum principem Carolum, facta quadam praetensione, eodemque jure, uti judicavit, pro se introducto, renuntiasse propter donatum ab Augustissima Imperatrice benigniter concessum, non plane argumentari licebit, Serenissimum principem Carolum pro lubitu sine consensu Regis Reipublicae ac statuum de donationibus feudi imprimis, ad quas lineae Kettlerianae adhuc superstites proximiores judicantur a Doctoribus Juris Naturae ac Gentium, disponere posse. Mittamus autem, quum sit quaestio de instituto nostro valde declinans.

- 1) In enarratis conventibus publicis exempla leguntur, uti illud conventionis Ducis Ferdinandi tum Gedani commorantis, anno nimirum MDCCXXXVIII. sine consensu statuum institutae tamquam invalidae allegatur, quae postea quoque ab ipso Augustissimo Rege & Serenissima Republica Poloniae declarabatur annullata.

Seçt. XII. Existimo fore, ut supervacaneum ac lectoribus forsan sit fastidiosum, omnia quae sibi arrogavit nullo ex titulo Serenissimus Princeps Carolus, recensere jura. Sufficiant quaedam, quorum est illud, quo omnibus licet sit Consiliariis quis, curriculum aulam inire interdixit, quod tamen contra leges 1) ac consuetudines usu receptas. His invalide peractis per Consiliarios, qui Serenissimo tamen optime de rebus politicis ac salute populi merito consulere 2) deberent, declarat invalida atque injusta esse omnia, ab ablegato suo Generof. L. B. de Mirbach cum universo Statuum ordine, publica in congregatione Ordinis equestris juste peracta, nullaque pacta bi-
late-

lateralia, licet non immediate, tamen mediate, ejusque mandato inita, haud acceptare velle. Quae eandem tamen deberent habere vim, quoniam semper ab eo, in quo latet caussa principalis ad agendum, determinatur, auditur instrumentalis, uti ex principiis Juris Naturae ac Gentium prorsus est cognitum; sed reversales quasdam quae uti jam abunde patet, a principe solummodo jure successione in civitate electiva electo, sunt acceptandae, arbitrio suo Curlandiae & Semgalliae statibus concedere dignari. Nec prius aliquid in agitandis esse deberet, verba non suaviora, sed minacia faciens, quam res Ziegenhornii caussarum actoris, voluntati Serenissimi non legibus vero congrua fit finita. Quem a consiliis suis, omnibus fere ex eo fundamento contradicentibus, habere voluit, quo abunde patet, quod sit regulae in formula regiminis praescriptae valde contrarium, ut illi, qui non sint tabulis ordinis nobilium in Curlandia adscripti, possint admitti ad dignitatem consilarii Serenissimi Ducis, nisi unico solum casu in ipsissima formula regiminis 3) recensita. Idem Ziegenhornius cum quodam a Consiliis legationum Just, omnia certe dedisse consilia Serenissimo principi Carolo, ad libertatis diminutionem, ad salutis populi perniciem tendentia, nullos tum Mittaviae commorantes, tempore conventus publici staruum fugit, quum ita fuerit familiare, ut, si ita dicam, per ora volitaret omnium. Licet inter omnes rerum publicarum notitia Curlandiae instructos constet, quantum semper curae cordique esse debeat Consiliariis supremis ne peregrini admittan-

mittantur ad consilia, uti ex ipsissimis verbis juramenti Consiliorum Serenissimo praestandi apparet, omnibus tamen est cognitum, quantum illud negotium, totius populi spectans salutem, neglectui eis fuit. Ejusdem sunt argumenti, quae sequuntur verba: — — „Non permittere velle, ut peregrini vel exotici ad consilia & consultationes publicas, sive clam sine palam admittantur, immo multo minus ego eosdem ad eas admittam, ut omnia juxta leges cardinales & horum ducatum observantiam solummodo ab indigenis disponantur atque administrantur.” — —

Fluit itaque ex his in medium prolatis axioma nobis fortissimum, non voluisse pacta accipere bilateralia Serenissimum principem Carolum, more antiquo cum libero populo ineunda, cui jus est de principe sibi providendi, licet jam ea cum ablegato suo, mandato Serenissimi optime respondentia, solemniter eum statibus Curlandiae inita existerint; sequitur id praestare recusasse, quod libero populo, in concedenda principi potestate imperii, ab eo exigere, competat, tam ex Jure Naturae ac Gentium quam ex ipsissimis legibus fundamentalibus. Sic itaque ex omnibus peractis concludere fas erit, privilegia in eis contenta confirmare noluisse, sed quaedam sibi sine praevio statuum consensu arrogare jura, ergo aliquid in fundamentalibus mutasse, ex quo omnis neglectus pacta sancte conservandi, promissione antecedente publice facta, ac reciproce acceptata; ex quo denique nulla obligatio status ad vinculum homagiale, ac nulla ad praestanda promissa.

- 1) Evolvantur diariorum convent. publ. enarrata.
- 2) Quod ex verbis form. regim. cap. 1. §. 31. ita sonantibus liquet: Liberum sit, esseque perpetuo debet dominis consiliariis, cum ad hoc a nobilitate requisiti fuerint, de iis, quae leges & privilegia ducatus afficiunt, si forte aliqua in parte (quod absit) laesae fuerint, praemonere principem, ut salvas velit habeatque libertates, privilegia & jura omnium & singulorum incolarum hujus ducatus, qua ex admonitione nullam, qui eam interposuerint, indignationem, vel poenam, vel contemptum aut odium incurrant.
- 3) A Commissario Sigism. III. regis Pol. an. 1614. proposita & a Rege ac nobilitate confirmata an. 1617. §. 1.

Sect. XIII. His peractis status Curlandiae & Semgalliae conventum publicum esse limitandum, ut de rebus maximi potissimum momenti melius possit deliberari, optime decrevit, terminumque quo sit celebrandum constituit diem Calend. Octobr. an. MDCCCLIX. Fuisse praecipue in agitandis, ut pacta bilateralia legitimo jure ab Alegato, in Republica dignissimo viro, nomine ac mandato Serenissimi Principis Caroli cum statibus in solempni conventu totius Ordinis inita, subsisterent, nullaeque reversales acciperentur, omnibus rerum publicarum Curlandiae gnaris est cognitum. Habuisse enim omnes deputatos districtum seu dioecesium in commissis, verbis plane expressis, ex ipsissimis eorum mandatis, cuique est clarum, ne quid in pactis bilateralibus justo jure initis mutetur, nec reversales accipiantur. Obtemporat quidem mandatis initio con-

E

ventus

ventus secunda vice instituti, votisque omnium respondet major deputatorum pars, ac merito recusat Serenissimi reversales, pactis nuper admodum initis substituere: sed minimo, proh dolor! temporis intervallo perhibet.

In causa vero fuerunt cur multi suo ipsorum magis, quam saluti patriae inclinantes, rationibus nescio quibus, leuissimis certe tamen moti, nec praevia consultatione, neque consensu eorum mandantium, unum nempe constituentium corpus, in omnia illegitimo modo ac non Attica fide consentiant; nisi a quibusdam salutem patriae, libertatemque populi auro cariorem ita in deliciis habentibus discessero, ut in publica congregatione Statuum contra has, legibus fundamentalibus formulaeque regionis maxime accommodata elegantissime faciant verba; contraque omne quod ad mutationem pactorum tenderet ex principiis tam Juris Naturae ac Gentium, quam legibus patriae proferant argumenta, prolata ad solidam protestationem contra reversales Serenissimi designent; nec amplius conventui adesse constituent. Inter hos merito sunt deputati 1) ex Dioecesi Durbenfi in conventum missi, reipublicae dignissimi cives, patriaeque salutem valde amantes. Sequuti sunt effatum Caesaris ita sonans; „Un particulier ne scauroit donner pied si ferme à sa condition, qu'il ne tombe à la renverse & perisse, si l'état public est alterré; mais si l'état florit, il peut soulager & adoucir les miseres de tous les particuliers.” 2)

1) Uti

- 1) Uti ex ipsissimis eorum litteris ad Celsif. Primat. Regni Poloniae atque ambos illustriss. Cancell. datis, abunde patet.
- 2) Dion. lib. XXXVIII. Camerarius dans ses meditations. tom II Conf. quoque Sleidani oratio circa finem in princip. ac stat. R. I. eandem sustinentis sententiam.

Sect. XIV. Fieri quidem potuisset, quum tot tantarum sit diversitas sententiarum, ut nobis objiciatur dubium quoddam, sed ita respondebo, calculosque meos ducam. Votorum pluralitatem in conventibus nostris constituere legem, haud ignoramus; tamen non valere consequentiam, pariter ex Jure Naturae ac ipsissimis legibus fundamentalibus Curlandiae, eam semper sine respectu legum cardinalium habere vim legis, minimumque votorum numerum quasi invalidum excludere, omnibus fere est cognitum. Pluralitas enim votorum in eo respectu juste admittitur, si id, quod pluralitate agitatum fuit, nec contra leges fundamentales imperii, nec ejus formam regiminis, neque jura seu privilegia civium, neque consuetudines jam diu in civitate usu receptas, aperte pugnet. Et quis est inter rerum Polonicarum bene peritos, qui non sciret comitia publica, sola quandoque protestatione unius individui dissolvi, ac omnia ibi peracta in nihilum posse redigi. 1)

Nec inficias ire posse neminem credo, quum nec scriptores, res publicas Poloniae ac Curlandiae tractantes, memoriae tradere intermittunt, neque leges ipsissimae silent, status Curlandiae juribus gaudere aequiparibus cum Polonis; fiat itaque ap-

plicatio ad casum nostrum ex argumentis fortissimis fluens. In Belgio quoque confoederato, rationibus nimirum magni momenti semper hoc fuisse observatum, ex multis exemplis, quibus hic supersedemus, quemlibet notitiae historiae gnarum haud fugit 2). Jus etiam Canonicum nobis suppeditat axioma "quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari" 3). Est igitur quasi in aprico, pluralitatem votorum, si eam quoque adfuisse donemus, nil in praejudicium Religionis purioris in civitate receptae, seu legum fundamentalium, seu jurium reliquorum, tamquam validum atque legitimum posse concludere.

1) vid. Hartknoch. de Polon. lib. II. cap. I. §. 15.

2) Legi meretur l'Histoire de Trente de Frapaolo lib. IV. apud quem exemplum memoriae dignum invenitur: Ecclesiam Gallicanam ad subscriptionem Decretalium Concilii, contra quas publice protestavit, minime fuisse obstructam.

3) De reg. Jur. cap. XXI. in VI. Decret.

Sect. XV. Non breviter sed fusius certe loquendum esse de reversalibus Serenissimi Principis Caroli omnino duxi, quippe sententia non solum illustratur nostra, sed etiam probatur. Lectores igitur non fatigare credo, si reversales instituto nostro adjungam. His itaque obtrusis non Statibus Curlandiae & Semgalliae, sed plurimis Deputatis non bona certe fide agentibus, sed contra eorum mandata valde tractantibus, nisi quibusdam exceptis, qui omnia expressis verbis, ne ea in posterum praejudicentur, diario conventus publi-

publici, tanquam protestationes, inferenda curaverunt. Ipsi consentiant in eas, insciis atque invitis mandatis, deputati; convocantque ad concionem omnes, vota & suffragia in comitiis habentes, eosque de negotiis, felicibus uti male appellant auspiciis peractis, certiores faciunt. Factum igitur est ut multi, non omnes tamen, quorum non minimus est numerus, Serenissimo Principi Carolo III. Nonar. Novembr. CIOIOCCCLIX. Mittaviae praestent fidem, ea vero mente, ut omnia secundum leges fundamentales, pacta bilateralia recenter legitime inita, eorumque mandata Deputatis commissa, fuisse peracta, perspectum quasi habuerint, quod non solum praesumi sed & ex ipsissimis litteris Deputatorum ad districtus datis, intelligi potuit. Militat pro nobis & praesumpto & argumentum acutissimi iudicis Juris Naturae ac Gentium, Grotii 1). Loquuntur denique ipsissimae eorum instructiones. Voluntatem itaque nullo modo esse animadvertendam, Ordinem Equestrem, seu universum Statum Curlandiae, in omnia a Deputatis illegitime peracta consensum dedisse suum, omnino existimo. Provoco iterum ad dicta Grotii 2) ita dicentis: — — “Defectus voluntatis originarius „intelligitur ex absurdo, quod alioqui evidenter „sequeretur, ex cessatione rationis, quae sola ple- „ne & efficaciter movit voluntatem, vel ex mate- „riae defectu”.

His omnibus contra pacta subjectionis omnesque consuetudines liberi populi peractis, quorum memoria semper inuret maculam, non Ordini Equestri, sed tantum Ablegatis quibusdam,

Serenissimus Princeps Carolus Varfaviam proficiscitur, Consiliarios supremos Curlandiae & Semgalliae hoc nimirum intervallo temporis quo abesset, nil nisi praevia ejus consultatione in rebus & parvi & magni momenti nec agi neque concludi posse, jubet. Quod tamen expressis verbis contra leges fundamentales Curlandiae directum atque exemplis 3) illustratum, quibus in aprico jacet, Serenissimum Ducem Curlandiae quoties ab Ducatu absit i. e. extra regionem, nil in rebus, status regionis tangentibus concludere posse, sed omnia ab ejus Consiliariis supremis seu Judicibus esse peragenda.

1) Non credendus est quisquam ad magnum suum incommodum se voluisse obligare. Lib. IX. cap. XVI. §. 26.

2) Lib. IX. cap. XVI. §. 22.

3) Ut illud Sereniss. Ferdinandi, Gedani commemorantis.

Seç. XVI. In quantum vero iis obligationibus, si eas ita vocare fas est, obstringatur populus, cui de summa imperii potestate disponendi est facultas, quibus nec tacite nec expresse consentiit, facile ex principiis Juris Naturae ac Gentium potest dijudicari. Quod brevibus tamen evincam, si dicta acutissimi Puffendorffii in medium proferam, ac quaedam eis adjungam: „Ubi „in promissione aliquid tamquam conditionem „supposuerim, citra cujus intuitum promissurus „non fueram, naturaliter promissionis nulla erit „vis. Nam promissor consentit non absolute sed „sub

„sub conditione: qua non apparente promissio
 „nulla est”.

Et si praeterea error, uti hic ex omnibus abunde patet, circa ipsam rem versatus fuerit, vitiatur pactum, ac conditionibus pacto stipulatis non satis fit; ergo una pars contrahentium laeditur, ergo etiam omnis cessat obligatio. Quantumque obligationis ad aliquid praestandum, ille transferre possit in alium, cui nullo ex capite de ea disponendi, concessa est facultas, uti ex perpetratis Deputatorum, multis tamen exceptis, contra eorum mandata culpose agentium, omnibus est palam, ex iisdem satis animadverti poterit; quantum denique jus perfectum, ubi nulla existit obligatio, deduci possit, ex ipsissimis fundamentis, tamquam primis principiis notitiae, Juris Naturae ac Gentium optime dijudicari licebit. Non dubito itaque fore principiis Logicae haud destitutos, quibus non esset axioma illud familiare, a genere ad speciem semper valere consequentiam, quod quilibet tam Juris Naturae ac Gentium quam legum patriae nostrae optime gnarus certe statuere, ac justam facere applicationem ad causam nostram communem, nec animo haerebit, neque habebit in deliberandis.

Sect. XVII. Alterum nobis quoque est argumentum, quod Serenissima Respublica Poloniae nobis porrigit, & quidem maximum, ex quo optime liquet, in quantum fides a multis quidem, non ab omnibus tamen Serenissimo Principi Carolo ita praestata, sit obligatoria, non solum ex

legibus fundamentalibus, sed & pactis bilateralibus nimirum, nec non ex reversalibus a multis Deputatis sine consensu mandantium eorum, injuste acceptatis, satis superque potest intelligi. Ad feudum enim Curlandiae a rege Augustissimo Poloniae antiquo more suscipiendum, quod ad personam Serenissimi Principis Caroli, nondum dedisse consensum suum Rempublicam, omnino scimus, qui tamen quam maxime necessarius auditur, quum ultimus summorum Magistrorum Ordinis se cum omnibus unanimiter consentientibus, univrsum corpus constituentibus, in clientelam Regis ac Reipublicae, praeviis, litteris consignatis, conditionibus sollempniter constitutis, sponte ac libere dederint; & ex omnibus ab Illa semper peractis. Nec agitatum quidem fuisse, pro ea, qua pollet facundia, temporum consuetudine in comitiis publicis Poloniae, quibus omnem vim juris, uti quoque apud nos est, accipiat; nec in ipso Senatu Regis consensum dedisse omnes Senatores, sed publice contra omne a Serenissimo Principe Carolo regimen Ducatum Curlandiae & Semgalliae suscipiendum, tangens, ita verba fecisse, ut, quum sit res ardua maximique momenti, nil pro temporis ratione agi possit, nisi in comitiis Poloniae publicis, in quibus more antiquo omnino esset tractanda; inter quos praecipue Celsissimus Princeps Szatorisky, Illustrissimi Poniatowsky & Flemming, excellentissimi ingenii Viri, dignissimi Reipublicae cives, ac privilegiorum Curlandiae ventilatores quasi strenui, omnibus re-

rum-

rum publicatum in Polonia nuper admodum gestarum peritis, fatis est notum.

Seçt. XVIII. Nunquam quoque, me arbitro, consensus Serenissimae Reipublicae ad feudum Curlandiae ab altero suscipiendum erit praesumendus, donec adhuc Serenissimus Dux Bironius ejusque Descendentes masculi, inter vivos sint habendi, nec Dux citatus, nec convictus, neque judicatus sit feudo indignus, nec denique aliquid tam injuste, quod tamen absit dictis, fecisse putatur, cur ab ipsissimis Curlandiae Statibus sit accusatus; cur leges fundamentales pactaque bilateralia violasse; cur praestanda recusasse; cur denique inimicum se Statibus praebuisse dicatur. Quod nunquam fieri posse ullo juro, nec civili, si quoque causam Principis, quod tamen absit, in hoc foro esse dijudicandam largiamur, nec gentium neque feudali, omnibus scientia jurium bene instructis est familiare. Nec secundum feudalia plane perhibere fas est, descendentes, propter crimen patris commissum, amittere posse feudum, nisi forsan, si calculos etiam contra ipsissimam sententiam ducere vellem nostram, praevio consensu in feloniam commissam, nisi quoque machinatione quadam, ex qua omne crimen sit praesumendum. Discrepant adhuc eruditi, ac inter optime versatos in jure feudali, strenue est dimicatum, an nempe descendentes patris feloniae accusati, ejusdem quoque criminis rei sint dijudicandi? Negativam & quidem, me judice, optime Juri Naturae ac Gentium accommodatam, legibusque

bus feudalibusque tam Alleman. 1) quam juri Saxoniae Electoratus 2), ac in reliquis Saxoniae 3) terris usitato, congruam statuimus sententiam. Nostrae quoque responderet, quod in capitulatione Carolina 3) legitur relatam, vasalli nimirum delictum nec ejus agnatis neque aliis, quibus jus more consueto est succedendi, ad feudum suscipiendum minime esse nocivum.

1) Conf. cap. LXXXIX. §. 6.

2) Part. III. Const. XXVII.

3) Schultz Syn. feud. cap. XI. n. 71.

4) Art. XX.

Sect. XIX. Si autem vero fides civium, illa nimirum, de qua in antecedente diximus, quae nulla esse potest, uti ex argumentis jam stabilitis novimus, juramento Serenissimo quodam sit praestita, nullum tamen in praejudicium Principis, quasi legitimi Ducis, in quem omnis, quae exstat, potestas imperii fuit collata, fieri posse, ex principiis Juris Naturae ac Gentium valde est clarum, quippe qui ab ipso populo obligationibus reciprocis per leges fundamentales, pactaque bilateralia obstrictus, obtemporans judicatur, ex quo nullis solvitur obligationibus populus. Nec ullam oriri obligationem novam, incio atque invito mandante, per suum mandatarium ex injuste perpetratis, quae habuit in commissis, ex primis fere principiis Juris Naturae ac Gentium aperte patet; neque ullam esse promissionem, quoniam non in ea, quae contra ipsissima verba mandatorum, omnesque leges fundamentales, pactaque nuper admo-

admodum bilateralia, more consueto, nomine Serenissimi ab Ablegato plena cum potentia misso cum Statibus Curlandiae sollemniter inita, à mandatariis nescio qua fide agentibus, fuerunt perpetrata, dederunt consensum mandantes; licet sit juramento confirmata, nil tamen juratur, quum nullam esse promissionem, nullamque obligationem, nullum denique pactum, secundum doctrinam Juris Naturae ac Gentium peritorum hic statuendum, evincere omnino fas erit. Justam itaque applicationem causae nostrae prorsus accommodatam facere, nemo certe inficias ire poterit.

Sect. XX. Jam satis approbatam scimus ex principiis Juris Naturae ac Gentium sententiam nostram, quam ita statuimus, ut ille, qui alterum in τω suum turbat, eum laedat eique det justam belli causam. Si itaque imperans leges violet fundamentales, pactaque servare deneget populi nimirum istius, apud quem est de summa imperii potestate in alterum transferendi facultas, eos in τω suum turbare sequitur, ergo etiam laedere ac secundum principia stabilita justam belli causam dare. Non eget Historia exemplis. Non defunt sententiae nostrae congrua, uti illud de Waldensibus seu Albigenibus nobis suppeditat, qui arma eam ob causam contra Ludovicum XIV. Gallorum Regem suscipiebant, quippe quaedam in religione ab eis professâ mutare voluerit, eosque ad alteram denique cogere intenderit I). Inter ea vero ex principiis Juris Naturae ac Gentium allegata, eis fuit argumentum ita sonans: "Veram religio-

„nem

„nem, veram quoque cognitionem & actiones
 „huic cognitioni conformandas praeponere. Su-
 „perstitionem vero & falsam cognitionem perfe-
 „ctionum divinarum & actiones malas huic cog-
 „nitioni falsae conformandas admittere“. Si itaque
 sive legibus fundamentalibus, sive pactis sit con-
 stitutum, expressis praecipue verbis, ne aliquid de
 religione a populo univ[er]se profess[um] mutetur,
 nullum enasci potest dubium, populo duplex ori-
 ri jus, ab imperante exigendi, quod praestare
 promisit, atque omnem movendi lapidem, ne
 damnum ei inferat.

- 1) Conf. Gründliche Untersuchung der Conventional-
 oder Collegial-Rechten der Evangelischen Kirchen
 &c. §. 66. & 372. verba de Principum religionis cul-
 tui Rom. Cathol. addictorum juribus atque officiis
 facit auctor, ita prorumpens: Massen diese ihrer Re-
 ligion halben, so lang sie derselben anhangen, der
 Evangelischen Kirchen Direction nicht fähig, die
 Protestirende Gemeinden auch nicht berechtiget
 sind, ihnen solche zu übertragen, &c.

vid. Puffend. Monarch. pap. §. 5.

Seçt. XXI. Examinantur itaque inspicata fiat-
 que applicatio, si non in totum, tamen ex parte
 ad causam communem nostram. At non recen-
 senda hic esse fusius omnino arbitror, quoniam
 in evolutis & omni dubitatione majora & luce
 quasi sunt clariora. Tristissima esse exempla, in-
 felicissimumque rerum exitum designantia, quae
 narrant Historici, imperantes saepenumero jura
 ac privilegia populi admodum laesisse. Eorum
 semper nobis subministravit non solum antiquissi-
 mis

mis fed & recentioribus temporibus, Germania, Anglia, Francia, ceteraque imperia. Sed pari modo optandum efflet, ne plura sibi arrogent imperantes jura, quam eis seu ex capite summae potestatis, five ex legibus eam modificantibus, seu denique ex pactis cum libero populo initis, competunt; quam votis deprecandum ut subditi, ut cives, ut denique liber populus, juribus, privilegiis, pactisque ad praestanda obstrictus, legibus convenienter vivat, quod nihil aliud est in civitate optime constituta, quam quod voluntati obtemperet imperantis. Ex illo cives rempublicam constituentes dignissimi; ex hoc imperantes erga populum benignissimi. Hinc salus populi; hinc salus imperantis.

Sect. XXII. Quid vero sperandum, quid ab eventu futurorum expectandum, si Princeps, qui non secundum in pactis subjectionis stabilitum electionis modum, nisi praevia legum fundamentalium a populo sponte facta mutatione, seu quadam ipsius juris reservatione libere Serenissimo concessa, provincia fungi habilis, ut ita dicam, judicare potuisset, quique eo potissimum tempore a libero populo eligitur, quo adhuc plures electioni, jure scilicet successionis, quae semper nisi rationibus maxime dissuadentibus, in civitate voluntaria electiva moris est, existant proximiores; quo denique adhuc ille, cui omnis fere imperii potestas tradita fuit, inter vivos habetur, licet reipublicae praeesse sit destitutus, civibus jure suo utendi, in legibus fundamentalibus pactisque
ini-

initis, interdicerere eosque in eo turbare machine-
tur; nisi diffidentia civium; nisi odium indignan-
tiam erga ipsum imperantem; nisi disobedientia
depravatorum; nisi denique perversus ille & nun-
quam satis deplorandus reipublicae status.

Seçt. XXIII. Dicendum quidem esset me ju-
dice, de Serenissimis ex Illustrissima domu Hassiae
Cattorum descendentibus, quibus jus primogeni-
turae ad successionem in Ducatu Curlandiae, jure
nimirum liberae electionis, competere nemo certe
negabit, nisi a principiis juris tam civilis quam
feudalis aberret, si quaestio aliquando moveri
posset, an successio eorum tanquam hereditaria
in Curlandia, qua civitate electiva successiva, sit
consideranda; ac pari Marte discutiendum de jure,
vi liberae electionis, succedendi in Ducatus Cur-
landiae & Semgalliae, quod Serenissima & Illustrissi-
ma domus Brunsvic. Bever. pro se allegare posset.
Quum vero non sit instituti nostri, in aliud, quo
accuratius fufiusque pertractare fas erit, tempus,
transferendum esse omnino duxi. Mittamus in-
terdum rem explorandi cupientes ad principia ju-
ris ipsissima in civitate successiva electiva ex scripto-
rum memoratis deducenda. Non deficit aucto-
ribus, rem optime pertractantibus, notitia histo-
riae litterariae.

Seçt. XXIV. Quid adhuc amplius, his pro
virili parte evolutis, sit dicendum nisi vos Pa-
tres Conscripti; nisi vos salutem patriae aman-
tes; nisi vos denique omnes Curlandiae &
Sem-

Semgalliae status constituentes per Deum, per religionem, per libertatem oram rogamque, ut Vobis sit salutaris illa concordia ad bonum publicum tendens, in celebrando conventu vestro futuro, brevissimo si fieri posset tempore instituendo. Nonne sunt Vobis exempla luculentissima semperque tristissima rerumpublicarum Graecorum ac Romanorum, viribus opibusque potentium, atque tot tantarum recentioribus quoque temporibus civitatum, privilegiis optimis magnaue libertate gaudentium, quae omnes dissensu, discordia I), ac disceptationibus perversae, dilapsae atque e radicibus quasi erutae evaserunt, ex quibus initio omnis emanabat ordo, disciplina, libertas ac salus totius populi? Jam nunc satis Vos precibus obsecrasse, vos dicam admonuisse credo, qui paribus gaudetis juribus illis praestantissimis cum Polonia, uti ex pactis primaevae subjectionis omnimode palam est, exemplisque sententiam probantibus illustratum, licet quaedam praerogativa, nescio quo casu factum, seu injuria temporum, sive vigilantia forsan interposita, juribus ac privilegiis civitatum semper admodum nociva, non diremta, sed tantum quod ad exercitium neglecta existant; qui denique haud ignorare potestis, notitia rerum publicarum patriae optime instructi, rationes quae in causa fuerunt cur status Curlandiae se ab omni nexu cum Imperio Romano Germanico dissoluebant, gravissimas eas fuisse, ex scriptorum enarratis luculenter apparet; sed ex minima saepenumero oritur maxima, ubi morbus contagiosus, Phycis vero epidemius,

demius, si solummodo pars quaedam corporis aegrotat, totum inflammat ita, ut eadem laboret aegritudine. Sed omnis conjectura omnesque praesumptiones haud parum forsitan fundatae absint, rerumque moderator omnium maximus avertere velit omnia, strictissimo nexui cum Serenissima Republica Poloniae contraria atque ad laesionem libertatis Statuum tendentia.

Sit itaque vobis, libertates majorum amantibus, non auro, sed industria, vigilantia ac sanguine tot tantorum virtute atque ingenio praestantissimorum adeptas, salutaris futurus ille conventus. Sed si forsitan infelicibus iterum auspiciis ageretur; quod tamen summum Numen pro sua, qua fulget, clementia advertere velit; nil tamen contra leges fundamentales, pacta subjectionis ac consuetudines usu receptas, machinatione fortasse quorundam, quae nescio quo vocabulo salutari meretur, sive agi, sive concludi ab eis posse, vos intelligere credo. Absint dictis conjecturae. Sit potius spes illa dulcissima, Imperantes vicinos augustissimos, omnesque Corpus evangelicum constituentes, qui semper patriam carissimam nostram benignitate atque amicitia sunt amplexi, consiliis, adminiculis, ac pro ut ratio status ferret auxiliis, ne ordo Equestris, qui semper libertate fulgebat maxima, opprimatur; ne denique liber ille populus Curlandiae sub jugum Ducis, cui omnis potestas ab eo est, mittatur. Congressus publicus in posterum felicibus auguriis instituen-

us,

du, pax falutaris omnia ad feliciffimum adducere
poffunt exitum.

Quid denique fupereffe videatur, nifi ut pre-
cibus infatigatis fummum omnium rerum mode-
ratorem fupplicem, quibus vota integro nun-
cupata animo, audire dignetur. Velit igitur fa-
lutem haud interruptam longiffimae vitae, Au-
guftiffimo Regi Poloniae Augufto III. nobis cle-
mentiffimo, fortunare; crefcat Sereniffima Respu-
blica fplendore ac viribus; faveat libertatem po-
puli, falutem patriae amantium conatibus; faveat
omnibus adhuc in pofterum inftituendis; floreat
Ordo Equeftris dignitate, auctoritate majorum;
floreant ftatus, civibus tam ingenio, quam integri-
tate confpicuis, potentibusque; floreat univerfi
Ducatus Curlandiae & Serngalliae! Vigeat ubique
in eis dictio religionis, purior illa, ab omni fu-
perftitione aliena, ab omni tyrannide liberata;
vigeant libertas, pax, concordia, leges!

— — — —
*Que lorsqu'il en fera befoin,
Pour fauver ma chere patrie,
Je veux faire & dire & penfer,
Ce qui peut fon bien avancer.
Sans crainte, ni fans flatterie.*


Sophocle dans la traged. d'Antigone.

- 1) Infpici merentur dicta Dionyf. Halicarnaf. lib. VI.
de antiq. Rom. quae apud Camerar. in lib. cit. in-
venimus Tom. II. lib. III. cap. IV.

„L'état public ressemble en quelque sorte au
 „corps humain: L'un & l'autre est composé de plu-
 „sieurs pieces, lesquelles ont divers usages & effets.
 „Si donc les membres du corps humain veulent
 „avoir chacun à part son particulier sentiment &
 „mouvement, puis ils viennent à se mutiner les uns
 „contre les autres, & que tous conspirent contre
 „le ventre, tellement que les pieds viennent à dire,
 „nous soutenons tout le corps; les epaules nous
 „portons les fardeaux; la tête mes yeux voyent,
 „mes oreilles oyent, ma bouche parle & goûte,
 „mon nez flaire & par tels moyens le corps est
 „maintenu: puis s'ils disent au ventre, & toi que
 „fais tu de tout cela? Quelle recompense avons
 „nous de toi? De quoi nous fers tu? Tant s'en
 „faut que tu nous aide en quelque sorte & qui tu
 „contribue à notre communauté, qu'au contraire
 „tu nous empeche & trouble. Car tu nous con-
 „trains (ce qui est insupportable) de te servir & de
 „chercher par tout dequoi contenter & assouvir tes
 „appetits. Pourquoi ne nous mettons nous en li-
 „berté, nous degagent pour une bonne fois des fa-
 „cheries, que nous endurons à cause de ce ventre?
 „Si telles pensées agreent aux membres du corps &
 „que nul de ceux ne veuille plus faire son devoir,
 „se peut-il faire que le corps subsiste longuement?
 „Au contraire le verra-on-pas defaillir & mourir
 „dedans peu de jours? Personne ne sauroit soute-
 „nir le contraire. Ayez même avis de l'état public.”

Conf. Jouian Pontan. in histor. Ferdin. I. reg.
 Neapol. lib. I. de quibusdam rebus publicis Italiae
 earumque incremento atque interitu verba optime
 faciens.





I.


LITTERAE CREDENTIALIALES
 ABLEGATI
 SERENISSIMI PRINCIPIS
 CAROLI.

Dei Gratia Nos Carolus Curlandiae
 & Sempalliae in Livon. Dux, Serenissimi
 Poloniae Regis Princeps Regius.

Significamus praesentibus litteris nostris, quo-
 rum interest, singulis & universis, quia Nos,
 licet per pacta subjectionis formulamque
 Regiminis omnium jurium, privilegiorum, im-
 munitatum ac praerogativorum Ducatum Cur-
 landiae & Sempalliae conservationi sit praecautum,
 nihilominus ut magis constet Generosissimae No-
 bilitati horum Ducatum, nec non omnibus inco-
 lis de propenso nostro erga illas animo, si quid
 adhuc ultra praefata pacta subjectionis & formu-
 lam Regiminis, sine tamen derogatione eorundem,
 addendum à Nobis desideraretur concedere volen-
 tes, eo primarias Domini Nostri convertimus cu-
 ras, ut ad concludenda pacta inter Nos Nostram-
 que Ducalem Domum ab una, atque universam
 Generosissimam Nobilitatem praedicatorum Du-

eatuum Curlandiae & Semgalliae parte ex altera, in
 verum genuinum ſpeciale atque indubitatum
 Plenipotentiarium noſtrum Generoſiſſimum Eber-
 hardum Chriſt. Baronem de Mirbach, Capitan.
 Polong. Ord. St. Alexandri New. Equitem, Sacr.
 Reg. Majeſtatis Polon. Conf. aët. intimum, elige-
 rimus, conſtitueremus ac ordinaremus, prout
 praefenti Diplomate Noſtro, eligimus, conſtitui-
 mus, atque ordinamus, dictoſque Plenipotentia-
 rio Noſtro taliter à Nobis electo, conſtituto, ac
 ordinato, omnimodam Nomine noſtro cum Ge-
 neroſa Nobilitate praememorata pacta tam in po-
 liticis quam eccleſiaſticis ad ſonum, tenorem & ob-
 loquentiam antiquorum pactorum cum Illuſtriſ-
 ſimis Ducibus initorum & conluſorum, atque ad
 ſonum & obloquentiam ipſius formulae Regimi-
 nis concludendi, conſcribendi, & conſtituendi fa-
 cultatem ac poteſtatem damus, concedimus & in-
 partimur. Promittentes pro Nobis Domoque
 Noſtra Ducali id totum, quod idem Generoſiſſ.
 Specialis Plenipotentarius Noſter cum Generoſiſſ.
 horum Ducatum Nobilitate in virtute huiusce
 Diplomatis Noſtri Plenipotentiarium concludet, con-
 ſcribet, & conſtituet, pro rato, grato & firmiter
 tenendo Nos Noſtramque Domum Ducalem
 ſemper ſuſcepturos, & accepturos. In quorum
 fidem & majus robur praefentes manu noſtra ſub-
 ſcriptas ſigillo Noſtro communiri juſſimus. Da-
 tum Warſaviae die 26 Menſ. Novembris Anno
 Domini MDCCLVIII.

(L.S.) CAROLUS.



II.

PACTA BILATERALIA

CUM

STATIBUS UNIVERSIS CURLANDIÆ

ET SEMGALLIÆ

NOMINE SERENISSIMI

AB

ABLEGATO

INITA.

Wir von Gottes Gnaden **CARL**,
in Liefland, zu Curland und Semgallen Herz-
zog,

Urkunden hiemit für Uns und Unsere Fürstliche
Successoren auch allermänniglich: Da nach der
allerhöchsten Vorsehung Gottes es dahin gediehen,
daß Ihre Königl. Majestät von Pohlen, Unser al-
lergnädigster König und Herr, auch allertheuerster
Herr Vater, in Befolge des zu Warschau den 30.
Octobr. dieses laufenden 1758sten Jahres gehaltenen
Senatus Consilii, Uns und denen von Uns zu er-
zielenden Männlichen Erben die Herzogthümer Cur-
land und Semgallen durch Allerhöchstderoselben Pro-
visional-Diploma d. d. Warschau den 16 Novembr.
dieses Jahres, zu Lehn allergnädigst verliehen, auch
zur solennen Huldigung und Lehns-Empfängniß den
2 Januarii des herannahenden 1759sten Jahres
bestimmet haben: Und denn zwar Selbst in Unserm

Diplomate Provisionali bereits die Vorsehung geschehen, daß die Rechte und Freyheiten dieser Herzogthümer, und insonderheit des gesammten Adels, sowol im Geistlichen als Weltlichen allewege unverrückt und aufrecht erhalten werden sollen, wozu Wir auch von Selbst gnädigst geneigt seyn, jedoch, da Wir ferner Uns zu Gemüthe geführt, daß nach dem Beyspiel Unserer Hochseligen Vorfahren am Herzogthum, und in Rücksicht auf die gute Neigung und Devotion, so eine Wohlgebohrne Ritter- und Landschaft dieser Herzogthümer gegen Uns zu erkennen gegeben, es ganz billig sey, daß Wir sie durch genügsame Reversales in völlige Sicherheit tam in Secularibus quam Ecclesiasticis, setzten; Als haben Wir zu dem Ende den Wohlgebohrnen Eberhard Christoph Baron von Mirbach, Königl. wirklichen Geheimbten Rath und Starosten auf Polangen, Rittern des St. Alexander Newski Ordens, mit völliger Vollmacht nach Curland abgefertiget gehabt, um hierinnen mit denen auf den 5 Decembr. versammelt gewesenen Wohlgebohrnen Ober-Räthen, auch einer Wohlgebohrnen Ritter- und Landschaft derselben Herzogthümer Unterredung zu pflegen, und über die unsern Reversalibus einzuverleibende Articul sich zu vereinigen, auch folglich in Unserm hohen Namen ihnen billige Reversalien zu ertheilen. Alldieweilen nun die Wohlgebohrne Herren Ober-Räthe und eine Wohlgebohrne Ritter- und Landschaft dieses Unser gnädiges Anerbieten mit unterthäniger Reverence angenommen, und mit Unserm obgedachten bevollmächtigten Ministro übereingekommen;

als

als sind zu immerwährender Gedächtniß folgende Puncte aufgesetzt worden.

Fürs Erste

Geloben und versprechen Wir, als ein Mitglied des Königreiches Pohlen und Großherzogthums Litthauen, mit Unserer lieben Landschaft dem Könige Unserm Herrn und der Durchlauchtigsten Republick beständig treu zu verbleiben, und Uns von derselben niemals zu trennen.

Fürs Zweyte

Sagen Wir gnädiglich zu, das Land und desselben Einwohner in allen Vorfällen und Bedrängnissen nach allem Unserm Vermögen zu beschützen und zu beschirmen, und sie in keiner Noth zu verlassen.

Fürs Dritte

Gereben und versprechen Wir kräftiglich, daß Wir bey aller Religions-Freyheit nach der Augspurgischen Confession, so wie dieserhalb in denen Pactis Subjectionis, Cautionibus Religionis, und denen Versicherungen der vormaligen Hochseligen Herzoge von Curland, genugsame Vorsehung geschehen, das Land und alle desselben Einwohner ganz ungekränket und unverrückt erhalten und verbleiben lassen wollen: Solchemnach soll in Kirchen-Sachen, und was dahin gehöret, das Consistorial-Gericht, welches in stetsblühender Observance, also, daß keine Appellation davon Statt findet, gewesen ist, und aus denen Ober-Räthen und Räthen Augspurgischer Con-

fession, den Superintendenten und Präpositis be-
 steht, und worinnen, wie allezeit, also auch ins
 künftige, der Canzler das Præsidium behält, alles
 was zur Administration der Kirchen-Sachen gehöret,
 verordnen und decidiren. In denen Kirchen, in
 welchen ein Herzog von Curland entweder Patronus
 allein gewesen, oder Compatronos gehabt hat, und
 in allen Fürstlichen und Adlichen Kirchen der Aug-
 spurgischen Confession zu Lande, sowohl auch in den
 Städten, wollen Wir keine Veränderung vorneh-
 men, noch Römisch-Catholische Kirchen, Sacella
 sive Oratoria erbauen lassen, noch, daß solches ge-
 schehe, gestatten, und wenn jemand dawider zu han-
 deln sich anmassen sollte, wollen Wir auf die erste
 Denunciation solchem sogleich mit Fürstl. Obrigkeit-
 licher Auctorität gänzlich Einhalt thun lassen. Wir
 wollen ferner alle Kirchen und Parrochien bey ihren
 Widmen und allen denenselben zugeordneten Bauern
 und andern Pertinenzien erhalten, mit Predigern
 und Kirchendienern der Augspurgischen Confession
 versehen, denen, die es vorhin gehabt, ihre Salaria
 aus denen Fürstlichen Revenuen auszahlen, die Kir-
 chen, Widmen und geistliche Stiftungen, so weit
 Unser Jus Patronatus sive Compatronatus gehet,
 in gutem Stande erhalten, auch so oft es nöthig seyn
 wird, selbige ausbessern, repariren und die alten
 Kirchen, in so weit sie verfallen, neu erbauen las-
 sen. Das Jus Patronatus, welches, und wofelbst
 es die Herzoge von Curland gehabt, verbleibet Uns
 zwar unverrückt, Wir lassen es Uns aber gnädiglich
 gefallen, daß, wo es nöthig, solches Unsere Ober-
 Räte und Räte in Unserm hohen Namen exerci-
 ren,

